

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - *Fragmenta Historicorum Graecorum*, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE LIBRARY COLLECTION

Books of enduring scholarly value

Classics

From the Renaissance to the nineteenth century, Latin and Greek were compulsory subjects in almost all European universities, and most early modern scholars published their research and conducted international correspondence in Latin. Latin had continued in use in Western Europe long after the fall of the Roman empire as the lingua franca of the educated classes and of law, diplomacy, religion and university teaching. The flight of Greek scholars to the West after the fall of Constantinople in 1453 gave impetus to the study of ancient Greek literature and the Greek New Testament. Eventually, just as nineteenth-century reforms of university curricula were beginning to erode this ascendancy, developments in textual criticism and linguistic analysis, and new ways of studying ancient societies, especially archaeology, led to renewed enthusiasm for the Classics. This collection offers works of criticism, interpretation and synthesis by the outstanding scholars of the nineteenth century.

Fragmenta Historicorum Graecorum

Karl Müller (1813–94) published two standard works, *Fragmenta Historicorum Graecorum* and *Geographi Graeci Minores*, which have never been superseded, but very little is known about his life, and he is frequently confused with Carl Otfried Müller, another great German classicist of the nineteenth century. Born near Hannover, Karl and his brother and collaborator Theodor both studied at the University of Göttingen, but both left Germany in 1839, probably for political reasons. They moved to Paris, where *Fragmenta* was produced in partnership with the printer–publisher Ambroise Firmin-Didot. It covers histories which have been lost, but of which fragments survive in other works. Volume 5 is in two sections. The first includes histories from Aristodemus, Eusebius, Priscus, John of Antioch, John Malalas, and Critobulus of Imbros. The second is a transcription of Greek and Syrian historical fragments preserved in Armenian writings.

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

Cambridge University Press has long been a pioneer in the reissuing of out-of-print titles from its own backlist, producing digital reprints of books that are still sought after by scholars and students but could not be reprinted economically using traditional technology. The Cambridge Library Collection extends this activity to a wider range of books which are still of importance to researchers and professionals, either for the source material they contain, or as landmarks in the history of their academic discipline.

Drawing from the world-renowned collections in the Cambridge University Library, and guided by the advice of experts in each subject area, Cambridge University Press is using state-of-the-art scanning machines in its own Printing House to capture the content of each book selected for inclusion. The files are processed to give a consistently clear, crisp image, and the books finished to the high quality standard for which the Press is recognised around the world. The latest print-on-demand technology ensures that the books will remain available indefinitely, and that orders for single or multiple copies can quickly be supplied.

The Cambridge Library Collection will bring back to life books of enduring scholarly value (including out-of-copyright works originally issued by other publishers) across a wide range of disciplines in the humanities and social sciences and in science and technology.

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

Fragmenta Historicorum Graecorum

VOLUME 5

EDITED BY KARL MÜLLER
AND VICTOR LANGLOIS



CAMBRIDGE
UNIVERSITY PRESS

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS

Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,
São Paulo, Delhi, Dubai, Tokyo, Mexico City

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

www.cambridge.org

Information on this title: www.cambridge.org/9781108016667

© in this compilation Cambridge University Press 2010

This edition first published 1870-2

This digitally printed version 2010

ISBN 978-1-108-01666-7 Paperback

This book reproduces the text of the original edition. The content and language reflect the beliefs, practices and terminology of their time, and have not been updated.

Cambridge University Press wishes to make clear that the book, unless originally published by Cambridge, is not being republished by, in association or collaboration with, or with the endorsement or approval of, the original publisher or its successors in title.

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM

VOLUMEN QUINTUM.

PARS PRIOR.

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

—  —
PARISIIS. — EXCUDERANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB 56.
—  —

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM.

VOLUMEN QUINTUM

PARS PRIOR

FRAGMENTA ARISTODEMI, EUSEBII, PRISCI, JOANNIS ANTIOCHENI,
JOANNIS MALELÆ.

CRITOBULI IMBRIOTÆ

LIBRI QUINQUE DE REBUS GESTIS MECHEMETIS.

ACCEDUNT

PHOTII HOMILIÆ DUÆ DE PRIMA ROSSORUM INVASIONE
FRAGMENTA PERIPLI PONTI EUXINI ET ANAPLI BOSPORI.


E CODICIBUS PARISENSI, SCORIALENSI, CONSTANTINOPOLITANO, ATHOO,
LONDINIENSI EDIDIT, PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE,
INDICIBUS INSTRUXIT

CAROLUS MULLER

PARS ALTERA

HISTORICORUM GRÆCORUM ET SYRIORUM RELIQUÆ IN ARMENIORUM SCRIPTIS SERVATÆ.
COLLEGIT, VERSIONE GALLICA, PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE, INDICIBUS INSTRUXIT

VICTOR LANGLOIS



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LXX

PRÆFATIO.



Quæ hoc volumine continentur ut ederem auctor mihi fuit Victor Langlois, quem morte præmatura literis et amicis nuper ereptum esse omnes lugemus. Videlicet quum collegisset vir doctissimus quæcunque ex historiis græce scriptis in armeniam linguam translata superessent, eaque supplementum esse vellet Fragmentorum nostrorum historicorum, hortatus est ut ipse quoque quæ parata haberem additamenta depromerem. Dedi igitur quæ variis e codicibus descripta diu jam scriniis presseram. Cetera quibus priora quattuor Fragmentorum volumina augenda sunt, in illud distuli tempus quo post absoluta scripta geographica, in quibus totus nunc detineor, primum Historicorum volumen de integro tractabo ac novæ ejus editioni adjungam quæ in ceteris desiderantur. Quæ nunc prodeunt e codice Scorialensi, ea Bussemakero debeo; codicis Parisini excerpta historica Dübnero accepta refero, qui paullo postquam Bibliotheca Imperialis eo libro potita erat, quæ rebus meis inservirent, dictante Millero, descripsit; codices Musei Britannici et Seraglii Constantinopolitani mea ipse manu versavi. Ceterum compositio hujus voluminis typhothetica, si ita dicere licet, sæpius itineribus meis interrupta est quæ Claudii Ptolemæi causa auspiciis summi scholarum publicarum ministri suscepi. Interea Carolus Wescherus, vir doctissimus, splendidissimo volumine scripta poliorcetica codicis Parisini edidit, quibus supplementi loco excerpta historica in eodem codice servata adjunguntur. Contigit igitur ut tum Wescherianam operam tum aliorum virorum doctorum de excerptis illis observationes in Prolegomenis saltem in usus meos convertere possem. Eadem Prolegomenorum opportunitate usus sum ut Appiani fragmentum adderem, quod E. Millerus, doctissimus et sagacissimus scriptorum deperditorum indagator, ex ignotis tenebris in lucem protulit. — Jam quod utilitatem eorum quæ nunc exhibemus attinet (multa enim eduntur quæ nullo literarum damno in bibliothecarum oculis sepulta manerent), fragmentum, cui Aristodemi nomen præfigitur, non auget quidem copias nostras historicas et tum aliis vitiis tum mira temporum confusione laborat, attamen in ipsa illa confusione suum quoddam pretium repositum habet. Hæc enim ejusmodi est ut inquirenti in causas perturbationis chronologicæ, quæ per omnem Græcorum historiam antiquiorem diffusa late patet, egregium

præbeat adminiculum. E Prisco et Eusebio quæ afferuntur, ea nova prorsus dicere licet. Joannis Antiocheni fragmenta de rebus Zenonis et Anastasii imperatorum, ex optimis fontibus ducta sunt nec pauca habent parum hucusque cognita, in illis præsertim quæ sunt de bellis Isaurico et Vitaliano. Homo novus et antea ne nomine quidem notus procedit Critobulus, qui Græcus natione a Turcis Imbro præfectus, res Mechemetis scribere et ipsi Turcorum imperatori opus dedicare ausus, singularem inter coævos historicos locum obtinet. Non noveramus nisi Ducam et Phrantzem et Chalcocondylam, græcorum principum ministros et nominis Turcici osores acerbissimi. Gratum igitur præsto jam adesse etiam historicum ex adversariorum castris profectum, quem licet fateamur longe abesse ut studio liber partes suas rite expleverit, nemo tamen negaverit permulta ab eo suppeditari ab alio nullo prodita et quæ ad penitiorum rerum tum temporis gestarum intelligentiam haud levis momenti sint. Huc accedit quod orationis virtute Critobulus ceteros ejus ætatis scriptores longe superat et narrationis perspicuitate et spiritu quodam poetico lectorem demulcet. Argumenti quadam necessitudine inductus operi in quo primas tenent fata Constantinopolis, subjunxi Photii patriarchæ de prima Rossorum in agrum Byzantinum invasione homilias duas, quas ex Athoo codice primus edidit Augustus Naukius. Subsequitur pars media Peripli Ponti Euxini, quem anonymus quidam ex periegesi iambica et Menippo et Arriano concinnavit et suis ipsius additamentis adauxit. Hæc et veterum geographorum fragmenta egregia præbet et lacunas quæ in nostro Arriani periplo latebant, explet et, quod maximum est, Ponti oræ orientalis descriptionem satis accuratam exhibet, ut admotis recentissimis tabulis nauticis, quas Britannorum navarchis debemus, situm veterum locorum multo exactius quam antea liceret definire potuerim. Agmen claudit Anapli Bosporici, quem Dionysius Byzantius condidit, pars postrema, ex qua patet Petrum Gillium aut græca sua non ubique fideliter reddidisse aut, quod malim, codice usum esse deteriore et lacunis mutilo. Ceterum, ut hoc addam, ad explicanda fragmentorum argumenta haud mediocrem attulisse mihi videor diligentiam, quam si tu haud inutilem fuisse judicaveris, gaudebo.

GOTTINGÆ, MENS. NOV.

CAROLUS MULLER.

MDCCCLXIX.

PROLEGOMENA.

DE CODICIBUS.

I. CODEX PARISIENSIS DCVII SUPPLEMENTI.

De hoc codice, ex quo Aristodemi et Eusebii et Prisci fragmenta exhibemus, quamvis diligenter jam exposuerit Carolus Wescher in libro elegantissimo qui inscribitur *Poliorcétique des Grecs* (Paris. 1867) p. XI sqq., tamen ut denuo nos dicamus, instituti nostri ratio postulare videtur.

Minoidas Minas a scholarum ministro in Orientem missus ut codices ibi antiquos vel coemeret vel describeret, in Galliam redux an. 1843 inter alia bibliothecæ publicæ tradidit fragmenta nonnulla Polybii, Dionysii, Polyæni, Dexippi et Eusebii, quæ se descripsisse dicebat e codice sæculi XII. Hoc Minæ ἀπόγραφον nunc exstat in Bibliothecæ Paris. codice 485 Supplementi, ex eoque fragmina ista publici juris fecimus ad calcem editionis Josephi (1847). Ceterum Minas etiam veterem codicem, ex quo hæc deprompta erant et cujus acquirendi facultatem denegatam esse putabamus, Parisios attulerat, sed nescio quo consilio clam penes se detinebat, usque dum in domicilio defuncti repertus liber bibliothecæ thesauris vindicaretur (an. 1863). Simul tunc e chartis Minæ compertum est codicem fuisse monasterii Athoi quod Βατοπέδι vocatur.

Liber ille, altus centimetra 27, latus centimetra 20, folia membranacea habet 129, quæ Lucas quidam bibliopega e Verona oriundus (Λουκας ουερονενσης ιλλιγατορ ληβρορομ in cod. legitur), sæc. XVI vel XVII in voluminis formam colligavit. Sex continet codices vel codicum particulas totidem scriptos manibus. Ex his ultimum locum tenet codex sæc. XVI (fol. 104-129), novem continens orationes Lysiæ (or. 1. 20. 21. 22. 3. 2. 4. 5. 9 ed. Did.). Reliquæ particulæ quinque argumenti vinculo quodam inter se junguntur, sed haud justo se ordine excipiunt, et foliorum nonnullorum vel jactura laceræ, vel transpositione perturbatæ sunt. Ut nunc liber habet, series codicum hæc est :

1. Nicetæ Choniatae fragmentum, fol. 1-7.
2. Chrysostomi fragmentum, f. 8-15.
3. Scripta de machinis et arte polioretica, f. 18-80 et 82.
4. Aristodemi et Philostrati fragmenta, f. 81 et 83-87.
5. Excerpta historica de præliis et obsidionibus, f. 88-103. 16. 17.

In codicibus 3 et 4 et 5 foliorum ordo talis qualis nunc est, transpositionibus et lacunis turbatus mutilusque, indicatur adscriptis numeris græcis (α'-πζ'). Hi igitur codices juncti inter se erant antequam accederent codices 2 et 3, quorum alter Nicetæ narrationem de expugnata an. 1204 Constantinopoli, alter partem orationis Chrysostomi de Dei civitate defendenda continet.

SCRIPTA DE MACHINIS.

Itaque primo loco loquar de codice tertio, in quo pristina et genuina foliorum series hæc erat :

Quaternio I.	fol. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 32.
II.	25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. *
III.	60. 59. 61. 33. 34. 35. 36. 37.
IV et V.	38-53.

VI.	54. 55. 56. 58. 57. 62. 63. 64.
VII et VIII.	65-80.
IX.	82.

Scripta his continentur :

1. Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων (f. 18-24. 32. 25).
2. Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν (f. 25-31).
3. Ἀπολλοδώρου πολιορκητικὰ initio mutila (f. * 60. 59. 61. 33-45).
4. Ἡρωνος Κτησιβίου βελοποιικὰ (f. 46.-55).
5. Ἡρωνος χειροβαλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία (f. 56. 58. 57).
6. Ἡρωνος περὶ δίοπτρας (f. 60-80. 82).

Scriptura haud elegans, sed antiqua, simillima ei quam sequentes duo codices ostendunt. Ineunti saeculo decimo vel nono exeunti eam vindicat Carolus Wescher in *Poliorcétique* p. XIX, postquam ad undecimum retulerat in Catalogo Bibliothecæ; Minas saeculum duodecimum agnoscere sibi visus est. Ego quoque aut undecimo saeculo aut duodecimo manum istam attribuerim. Certe quantum meus me librorum usus docuit, neque ductus literarum neque interior horum scriptorum ratio ejusmodi sunt, ut ad antiquiora tempora probabiliter referri mihi videantur. Librum Parisinum cum Vindobonensi cod. gr. 120 (sæc. XVI) familiam constituere altera familia, cujus reliqui horum operum codices sunt, multis nominibus præstantiorem docuit Wescherus, qui ex duobus illis libris ingentem in Athenæo lacunam explevit, et haud paucas verborum corruptelas codicis Parisini ope sustulit. Idem tamen liber etiam vitia permulta tum sibi propria tum cum ceteris codicibus communia habet, quorum partem manu leni Wescherus sanavit, cetera artis criticæ medelas expellant (*).

ARISTODEMI ET PHILOSTRATI FRAGMENTA.

Ex sequente codice sex supersunt folia (81. 83. 84. 85. 86. 87). Initio unum saltem folium deperditum; probabiliter vero duo folia interciderunt quæ cum reliquis sex quaternionem integrum e pleno volumine avulsum constituere. Servata continent fragmentum Aristodemi, cui librarii stupor fragmenta operis Philostrati De Apollonio Tyanensi immiscuit, adeo ut fol. 85 lin. 17 in medio versu oratio ab altero ad altera transeat. Animadversa confusione, quidam notis et signis appositis de restituendo disjectarum particularum ordine ac nexu lectorem admonuit. Origo perturbationis e codice repetenda, in quo justam foliorum seriem solutam esse scriba noster non perspexerat. Singula ejus codicis πρωτοτύπου folia tot fere verba continebant quot continentur editionum Didotianarum versibus 75 vel 76. Videlicet libri Parisiensis folio 81 habes primos Philostrati versus 75 (p. 1, 1 — p. 2, 5 ed. Did.) et deinceps, omissis versibus 4 × 76 (p. 2, 35 — p. 8, 23), alios versus 75 (p. 8, 23 — p. 9, 42). Sequuntur fol. 83 vs. lin. 1 usque ad fol. 85 rect. lin. 17 Aristodemi versus 3 × 75 (p. 1, 1 — 11, 8 ed. nostræ), quos excipiunt (fol. 85 rect. lin. 17 — fol. 86 v.) Philostrati versus 2 × 75 (p. 2, 35 — 5, 24), quibus dimidia pars lacunæ, quæ in fol. 81 latet, expletur. Reliqua deinceps ad finem usque folii 87 Aristodemi sunt.

Idem fere singulorum foliorum ambitus est in Turinensi codice eclogarum περὶ ἀρετῆς καὶ κηλίας, ut ex fragmentis inde repetitis in *Fragm. Histor. tom. III, p. 409* et alibi intelligitur. Idem porro valet de codice eclogarum περὶ ἐπιθουλῶν, ex quo in Hispania sæc. XVI codex Scorialensis Ω, I, 11 descriptus est; nam quod ibi in mediam Dionysii narrationem intruditur fragmentum Polybii (v. *Fr. Hist. tom. II, p. XXVII*) 2 × 77 versus Didotianos explet et in prototypo duo folia loco suo mota complevisse videtur.

Ex his autem libris quum clarissimus ille Turonensis olim bibliothecæ Constantini Porphyrogeniti fuisse haud immerito censeatur, idem fortasse statueris de prototypo codicis Escorialensis

(*) In Athenæi libello corruptissimum nonnulla emendare studui in *Gællinger gelehrte Anzeigen*. 1869, p. 4-7.

DE CODICE PARISENSI.

ix

nec non nostri Parisini, qui medius est inter alios duos, quos e collectaneis Constantinianis et bibliothecæ Constantinopolitanæ codicibus profectos esse verisimillimum est.

In folio 81, nullo præmisso titulo, initium vitæ Apollonii Tyanensis exstat inde a verbis : Οἱ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν ἐπαινοῦντες usque ad verba : ἀποδημίας τ' αὐτοῦ ἀναγέγραφεν, ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτός φησι (p. 1, 1 — p. 2, 35 ed. Did.). Hæc igitur primum τοῦ ἀρχετύπου folium implebant. Deinde iacet quattuor foliorum lacuna (p. 2, 35 — p. 8, 22). Adscriptum ibi legitur : Ζήτει τὸ λείπον (ζητὸ λειπον cod.) τοῦτου ὀπισθεν, ἐν ᾧ σημείον ἔστι τοιοῦτον ο—ο, ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου « γέγραφεν ». Signum istud occurrit in folii 85 r. versu decimo septimo, qui ita habet : εἰς Ταίναρον, ἐν τε τῷ Ποσειδῶνος τεμένει ἐκέτευεν· γέγραφεν· ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτός φησι (V. Aristodem. p. 11, c. 8, 2). Verba γέγραφεν... φησι quum jam legantur. fol. 81, consequitur ultima folii primi verba initio secundi folii in πρωτοτύπῳ codice perperam repetita esse. Ceterum fol. 85, 17 sqq. dimidia tantum lacunæ pars (archetypi fol. 3 et 4) expletur usque ad verba δεῖσθαι ἔφη τοῦ ποιήσοντος (p. 5, 24 D.), altera pars usque ad verba τὴν μνημοσύνην ᾗδετο (p. 8, 22), in deperditis codicis nostri foliis exstitisse debet. Igitur ad finem hujus supplementi iterum adnotandum erat : Ζήτει τὸ λείπον τοῦτου ὀπισθεν κτλ. Quoniam vero nulla ejusmodi nota lector ad sequentia amandatur, annotator noster codicem talem jam repererat qualem nos habemus, in quo folia alteram hujus lacunæ partem exhibentia desiderantur. — Post lacunam illam in folio 81 sequuntur Philostrati verba ἐν ᾧ πάντα κτλ. usque ad πηγὰς ἐκδίδωσιν ὁ χῶρος ἀφθόρους (p. 8, 22 — p. 9, 43 Did.). Folium 82 ad Heronis librum pertinet. Folii 83 pagina prior scribæ inattenti sphalmate in codicibus passim obvio vacua relicta est. Majorem ejus partem quidam octo medicamentorum formulis inquinavit. Manu hæc scripta sunt ei quæ reliquum codicem exaravit simillima. Altera folii pagina in media phrasi incipit verbis : αἰτησάμενος γὰρ μίαν ἡμέραν κτλ. Supra hæc versus literis majusculis scriptus exstat qui ita habet :

ο — × — ο καὶ τὸ σημείον· τοῦτό ἐστι (καὶ) τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου

Alterum καὶ, quod inclusi, in codice linea transducta deletum est. In fine versus pars membranæ, unius vel duorum verborum capax, periit. Sub voce Ἀριστοδήμου aliquid erasum esse videtur. Litera x ita exaratur ut voces καὶ hanc fere formam præ se ferant : εζ'. Eodem autem prorsus modo litera scripta est in præceptis medicis paginæ antecedentis. Hinc proclivis suspicio est eodem homini qui medica illa dedit, etiam signa et notulas vel inscriptiones deberi, quibus rupta codicis intestina sarciantur. Signo nostræ paginæ præfixo relegamur ad deperdita nunc folia, ubi narrationi interposito Philostrati loco abruptæ adscriptum legebatur : Ζήτει τὸ λείπον ὀπισθεν τοῦτου, ἐνθα σημείον τοῦτο ο — × — ο, vel tale quid. Initium fragmenti superstitis in narrandis rebus versatur quæ proxime præcedebant pugnam Salaminiam. Has et subsecutas usque ad prælium Mycalense in libro legebantur, cujus finis notatur in imo folio 84 rect., ubi : τέλος τοῦ*. Inferiores literarum partes cultro bibliopæ præcisæ; numerus libri qui fuerit certius dici nequit, quum tenuissimus solummodo apex servatus sit; δ' fuisse Wescherus censet. In sequente pagina supra primum versum scriptum erat : Τὸ et numerus libri sequentis. Ibi superiora literarum abscisa. Numeri pars inferior a Weschero ad ε' refertur conjectura dubia. Deinde in medio folio 97 interponi locum Philostrati supra jam monui. Post eum resumitur narratio de rebus Græcorum, quæ continuatur usque ad finem folii 87, ubi in expositione causarum belli Peloponnesiaci abrumptur.

Fragmentum hoc Aristodemi cujusdam historici esse ex præfixis ei verbis probabiliter viri docti collegisse videntur (*). Quamquam ea verba non ita habent ut nullum dubitationi locum relinquunt. Ut nunc exhibentur, sensu carent. Expectabas : ζήτει vel ἰδοὺ τὸ σημείον· τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου, aut : κατὰ τὸ σημείον τοῦτό ἐστι τὸ ζ. etc. Itaque nescio an quod in codice

(*). Excipiendus est Minas. Is in indice quem codici inseruit, primam fragmenti partem (c. 1-c. 10, 4 cd. nostr.) ad Charonem refert (Τοῦ Λαμψακηνοῦ, οἰμαι, Χάρωνος τεμάχιον ἐκ τοῦ περὶ Περσῶν πολέμου), reliqua Ephori τεμάχιον esse censet. Quam obiter Minas codicem inspexerit, inde quoque patet, quod fragmentum ionica dialecto scriptum in fol. 17, et ex eodem Eusebio petitum quem fol. 103 habes, ἀνωμόμου τινός esse dixit, et quod Josephi de Jotapes obsidione fragmentum ad Hierosolymorum obsidionem pertinere asseverat.

exaratum est x' hoc loco significet κατά. Hoc si non concesseris, alterum illud καί, quod est ante verba τὸ ζητούμενον, præter rationem deletum dixeris; aut enim utrumque καί delendum, aut utrumque servandum fuisse. Si servaveris, verba interpretanda videantur: *Hoc est et signum Aristodemi narrationi in antecc. appositum et narrationis pars quæ in antecc. desiderabatur. Ceterum nescio an post verba τοῦ Ἀριστοδήμου verbum aliquod una cum membranæ particula avulsam sit. Deinde vero reputes in proxime antecedentibus dicendum fuisse de Aristodemo Spartiata qui ob oculorum morbum non interfuit prælio ad Thermopylas commisso et propterea Trepidum nomine notatus est, quam infamiam ad Platæas summæ virtutis laude delevit (v. fragm. c. 3, 5). Suspiciari igitur licet in præfixo lemmate de ipso hoc Spartiata, non vero de ignoto quodam Aristodemo historico cogitandum esse, adeo ut verba redintegrandam sint in hunc sensum: κατὰ τὸ σημεῖον τοῦτο ἔστι καὶ τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου [ἀνδραγάθημα], sub hoc signo narratur etiam illud quod in antecc. quærebatur Aristodemi facinus egregium. Nam fieri potuit ut in antecedentibus ad locum, ubi de Aristodemo ageretur, adscriptum esset: Ζήτει ἐν τοῖς ὀπισθεν τὸ τοῦ Ἀριστοδήμου ἀνδραγάθημα. Conferri aliquatenus possit quod in Eclogis Polybianis (14, c. 12) abruptæ ob codicis defectum narrationi de Ptolemæo Philopatore et Cleopatra appictum legitur: ζήτει ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μὴ, ἐν οἷς (addere debebat καί) περὶ τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης. Denique ad hoc quoque attendas quod annotator noster in lemmate Philostrati loco adscripto nomen auctoris non indicavit, neque de eo edoceri poterat ex unico illo quaternione, quem ob oculos habebat, quoniam initium operis Philostrati caret titulo, qui pro more veteri sub finem scriptus fuerit. Eodem autem modo quum historici quoque nomen in fine demum operis integri notatum fuisse probabile sit, Aristodemi nomen, si quidem illud historici est, non ex ipsis illis, quæ tenebat scholiasta, foliis, sed aliunde in notitiam ejus venisse statuendum foret. Hæc quum ita habeant, multum certe abest ut quæ de Aristodemo historico tanquam fragmenti nostri auctore feruntur, pro certis et exploratis vendere possis.*

EXCERPTA HISTORICA.

Sequuntur ex alio codice duo quaterniones integri (fol. 88–103) et tertii quaternionis folia duo (16 et 17), quæ neque folio 103 continuantur neque inter sese cohærent. Igitur duo minimum folia interciderunt. In summa pagina fol. 88 olim exstitit inscriptio versum integrum explens et partem versus secundi. Servata sunt verba versus secundi: διαφόρων πόλεων; in priori primæ literæ fuisse videntur ςρ, quamvis una ρ litera supersit integra. Quomodo refingendus sit titulus haud liquet. De conjectura scribere licet in hanc fere sententiam: Στρατηγικαὶ παρατάξεις καὶ στρατηγήματα καὶ πολιορκίαι διαφόρων πόλεων. Cum his conferri ex parte potest titulus: Παρεχόμεναι ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων, qui libro e Polyæni maxime Strategematis collecto et in codicibus nonnullis Heroni Byzantio sæc. X scriptori attributo præfigitur (V. Henr. Martin in *Mémoires présentés par divers savants. 1^e série, vol. IV, p. 580*). In nostro libro inscriptionem illam idem homo dederit, qui in antecc. laceros codices in ordinem redigere studuit. Continentur in codicis parte superstite de præliis et obsidionibus excerpta historica, quæ hoc se ordine excipiunt:

1. Ἐκ τῆς Διονυσίου ἱστορίας βιβλ. κ'. Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ὑπάτων Ποπλίου Δεκίου καὶ Ποπλίου (fol. 88 v. — f. 90 v, 19) sive descriptio prælii ad Asculum, quam ex Minæ apographo dedimus ad calcem Josephi ed. Didot.

2. κε'. Ἐκ τῶν Πολυαίνου (4, 3, 22) στρατηγημάτων. Ἀλεξάνδρου καὶ Πύρρου (f. 90 v., 15–91 r., 6).

3. κς'. Ἐκ τῶν Πολυαίνου (4, 6, 3) στρατηγημάτων (f. 91 r., 7–15). Narratur strategema quo Megarenses elephantos Antigoni, qui urbem obsidebat, immisis suis in fugam verterint. Quod quum ad *prælia* minus pertineat, tanquam appendix subjunctum esse videtur antecedentibus, ubi de pugna contra Porum Indum ejusque elephantos commissa sermo est.

Deinde a præliis ad obsidiones transitus verbis paratur, quæ in antiquioribus codicibus versus dodecasyllabos fuisse patet hunc in modum refingendos:

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς [τε] πολιορκίας

DE CODICE PARIISIENSI.

xj

καὶ τὰς ἐκ τῶν ἔνδον παρασκευὰς, εἰ μὴ
 γραφὴν ἀγνωμοσύνης φεύγειν θέλομεν (*),
 ὁ λόγος ἔρχεται, πράξεισι [ταῖς] πάλαι
 τὸ τῶν μηχανῶν πιστούμενος χρήσιμον.

His subjicitur distichon :

Ἵσμίνην δεδάηκας ἀμετροβίων ἐλεφάντων·
 ἰνδοφόνους (**) κρατεροὺς οὐ τρομέεις πολέμους.

Sequuntur de obsidionibus narrationes quæ excerptæ sunt e Dexippo, Prisco, Arriano, Polybio, Thucydide, Eusebio, Josepho.

1. Ἐκ τῶν Δεξίππου. Πολιορκία Μαρκιανουπόλεως (f. 91 v., 21-92 v., 3).
 2. Ἐκ τῶν Δεξίππου. Πολιορκία Φίλιππουπόλεως (f. 92 v., 4-98 v., 6).
 3. Ἐκ τῶν Δεξίππου. Σίδης πολιορκία (f. 93 v., 7-93 v., 2).
- Hæc ex Minæ ἀπογράφῳ habes in Dexippi fr. 18. 20. 21 in *Fragm. Histor.* tom. 3, p. 675 sqq.
4. Ἐκ τῶν Πρίσκου. Πολιορκία πόλεως Ὀβιδούνα (f. 93 v., 3-21).
 5. Ἐκ τῶν Πρίσκου. Ναισσοῦ πολιορκία (f. 93 v., 22-94 v., 2).
 6. Ἐκ τῶν Ἀρριανοῦ. Τύρου ἄλωσις (f. 94 v., 3-97 v., 10). Ex Arrian. *Exp.* 2, c. 15-24.
 7. Ἐκ τῶν Ἀρριανοῦ. Γαζέων (deb. Γαζαίων) πολιορκία (f. 97, v., 11-98 v., 17). Ex Arrian. *Exp.* 2, c. 22-27.
 8. Ἐκ τῶν Πολυβίου. Συρακουσῶν πολιορκία (f. 98 v., 18-100 v., 27). Majorem hujus excerpti partem aliunde jam noveramus. Quæ nova accedunt, infra exhibebimus.
 9. Ἀμβρακίας πολιορκία. Πολυβίου βιβλ. κα' (f. 100 v., 28-102 v., 21). Hæc ex Minæ apographo habes ad calcem Josephi p. 16-18.
 10. Ἐκ τῶν Θεουκιδίδου. Πολιορκία Πλαταιέων (f. 102 v., 21-103 v., 19).
 11. Ἐκ τῶν Εὐσεβίου θ'. Πολιορκία Θεσσαλονίκης (f. 103 v., 20 usque ad finem paginæ, ubi narratio abruptitur unius saltem folii jactura. Ejusdem Eusebii, qui dialecto ionica scripsit, ea sunt quæ leguntur in folio 16 de obsidione urbis Macedonicæ, sive Thessalonica fuerit sive alia. Hæc quoque in media narratione subsistunt. Quot deinde folia perierint, haud liquet. Unum superest folium 17 ex media narratione Josephi de obsidione Jotapes (*Bell. Judaic.* lib. 3, c. 7, 3-30 et cap. 33-64, p. 155-164 et 166-167 ed. Didot).

NICETÆ FRAGMENTUM.

Folia 1-7 sunt codicis Nicetæ Choniatae, sæc. XIV. Prima verba : τὴν τοῦ Δούκα τοίνυν ἐπίπληξιν καὶ ἐμβρίμησιν (p. 750, 14 ed. Bonn.). Ad redintegrandam narrationem præcedentes versus 33 editionis Bonnensis desiderantur. Itaque unum solummodo folium excidisse videtur. Desini fragmentum in ultima verba libri de rebus Alexii Murzuphli : ἡ ἐπανάκλησις τε καὶ ἡ παράκλησις (p. 770, 13 ed. B.), quæ exstant in medio folio 6 vso. Sequens folium, quod ejusdem codicis est, scriptura vacat. Igitur quaternionem integrum e codice Nicetæ compiler quidam avulsit, eo scilicet consilio, ut narrationem de expugnata an. 1204 Constantinopoli, in qua major fragmenti pars versatur, antiquioribus illis obsidionum exemplis subjungeret.

FRAGMENTUM CHRYSOSTOMI.

Sequitur fol. 8-15 quaternio, quem in integro codice orationum Chrysostomi vicesimum secundum fuisse ex numero in imo folio 15 adscripto intelligitur. Codex ille sæc. XII binis columnis scriptus eleganter. Superstes quaternio continet ultimos versus quadraginta orationis

(*) Θέλομεν] ἐθέλομεν codex. Includa supplevi.

(**) Ἰνδοφόνους] ἰνδοφόνους codex. Coniicias ἐλεφάντων ἰνδοφόνων. At præstat voci ignotæ substituere vocem apud Nonnum frequentissimam. Sic 38,80 habes νίκης ἰνδοφόνων. Idem Nonnus elephantos ἀμετροβίου dicere solet. Nostri quoque versus e Bassaricis quibusdam, fortasse Dionysii, petiti fuerint.

tertiae perì Ierwsúnēs (p. 294. 12-52 ed. Dübner) et dimidiam fere partem orationis quartae (p. 295, 1 — 302, 21 ed D.). Sequens quaternio, qui reliqua (p. 302, 21 — 308, 41) continebat, in Parisino libro excidisse putandus est. Servata verba ultima et prima partis deperditae ita habent :

Οὐ γὰρ πρὸς ἓν εἶδος ἡμῖν μάχης ἢ παρασκευῆ, ἀλλὰ ποικίλος οὗτος ὁ πόλεμος καὶ ἐκ διαφόρων συγκροτούμενος τῶν ἐχθρῶν.... Καὶ δεῖ τὸν μέλλοντα τὴν πρὸς πάντας ἀναδέχεσθαι || μάχην τὰς ἀπάντων εἰδέναι τέχνας, καὶ τὸν αὐτὸν τοξότην τε εἶναι καὶ σφενδονήτην καὶ ταξίαρχον καὶ λοχαγὸν καὶ στρατιώτην καὶ στρατηγὸν καὶ πεζὸν καὶ ἵππεά καὶ ναυμαχίην καὶ τειχομαχίην.

Fusius deinceps auctor exponit quantis ingenii dotibus ac scientiae copiis instructus esse debeat, si quis τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν contra impetus hostium diversissimorum defendendam sibi proposuerit. Vides spiritualement quendam artem poliorceticam praecedentibus a clerico quodam subjungit. Quodsi simul antecedentis orationis pars postrema exhibetur, id propterea accidit quod in eodem in quo altera quaternione legebatur. Nimirum compilerator noster perfunctorie rem agens integros quaterniones e codicibus suis avulsit, quasi rudes lapides, quos dolare et partibus ad propositum inutilibus purgare neglexit. Sic in Nicetae quoque quaternione multa sunt quae ad Constantinopolis obsidionem nihil pertinent. Similiter in altero codice duorum praeriorum descriptiones habemus, quoniam obsidionum exempla, quae sola proferri ratio instituti postulabat, in medio demum quaternione incipiunt. Ipse codex, cujus particulam Noster dedit, aperte destinatus erat ut exemplis historicis illustraret non solum praecipua artis poliorceticae, sed ea quoque quae ad tacticam et strategicam spectant. Quemadmodum vero hunc librum compilerator truncavit, sic idem fecerit codici primo, qui et ipse, ut ceteri hujus generis codices tantum non omnes, ante scripta de re poliorcetica dederit alia quae erant de re tactica et strategica. Laciniam ex uberiore collectione superstitem etiam in Aristodemi fragmento agnoscimus, quod tantum abest ut cum subsequentibus obsidionum exemplis commune aliquid habeat, ut quae ad ea pertineant, de industria praetermissa esse videantur; nam jure mireris in pentacontaetiae historia ne verbo quidem commemorari obsidiones celeberrimas Thasi et Ithomes. Contra vero haec historiae graecae pars quae proeliis et artis imperatoriae exemplis maxime insignis est, ad illustranda scripta perì τακτικῶν καὶ στρατηγικῶν peraccommodata erat. Simili prorsus modo Romanae historiae partem eodem nomine praeter ceteris memorabilem in Constantinianis perì στρατηγημάτων eclogis adumbratam fuisse colligitur e titulo perì γνωμῶν, ubi ad verba Polybii (lib. 6, c. 1) : Κάλιστον ἔφαμεν, ἅμα δὲ ὠφελιμώτατον εἶναι... τὸ γινῶναι καὶ μαθεῖν πῶς καὶ τίνοι γένεσι πολιτείας ἐπικρατηθέντα σχεδὸν πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐν οὐδ' ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τῶν Ῥωμαίων ἔπεσαν etc., adscriptum legitur : Ζήτει ἐν τῷ perì στρατηγημάτων.

Obsidionum exempla ex ampliore aliqua collectione delibata esse eo indicari videtur quod locis e Polyæno petitis numeri κε' et κς' adscribuntur, quos e pleniore libro inattentus scriba praeter rem in sua transtulit (*). Ampliorem autem illam collectionem eandem fuisse censeo, qua usus est auctor anonymus libri qui inscribitur : Ὅπως χρῆ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἷος ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι. Editus liber in Veterum mathematicorum operibus (Paris. 1693) e duobus codd. Parisinis. Idem in aliis haud paucis libris mss. exstat, sed in omnibus sine mutilus est. Quanta ejus pars perierit, nescimus. In nonnullis codd. opus attribuitur Heroni Byzantio, Constantini Porphyrogeniti coetaneo. Quicumque fuerit auctor, non scripsit ante seculum decimum, ut ex mentione Thessalonicae an. 904 a Saracenis obsessae intelligitur. Exempla historica singulis artis obsidionalis praecipuis auctor ita subjungit, ut fontes unde ducta sint, non commemoret, et si quid ab historico narretur ad ipsam obsidionem minus pertinens, id vel omittat vel in breve contrahat. Conferre cum nostris excerptis licet quae Anonymus habet de obsidionibus Tyri, Gazæ, Syracusarum, Ambraciae et Jotapæ (p. 361. 326. 325. 318. ed. Paris. 1693) (**). Comparatio docet Nostrum et Anonymum interdum verbotenus consen-

(*) In Παρεκβολαῖς ἐκ τῶν στρατηγικῶν πράξεων vel παρατάξεων, perì τοῦ οἷον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγὸν (quae leguntur in codd. Vat. 219, Paris. 2437, 2441, 2522) quinquaginta Polyæni capita habes secundum genera rerum disposita.

(**) Reliquae obsidiones in superstitute Anonymi parte commemoratae sunt : Cæsareæ (p. 318), Neapolis (319), Citri

DE CODICE PARISENSI.

xij

tire, dum aliter rem eloquatur scriptor, ex quo ducta narratio est. Communem igitur excerptorum fundum utriusque subesse concludimus. Porro quum Noster ex Arriano excerpta duo tantummodo afferat, plura vero ex eodem Anonymus depromserit, hinc quoque colligimus, quod alio indicio moti jam coniecimus, scilicet in codice Parisino nonnisi selecta quaedam ex antiquiore et pleniore syntagmate capita exhiberi. Similiter etiam in singulis obsidionibus narratio Anonymi integrior est et ab auctoris, qui excerptitur, verbis minus recedit, adeo ut Noster sit antiquiorum excerptorum excerptor negligens. (*) Eamque rationem vel ea ostendunt excerpta, quorum tenorem cum verbis auctoris, ex quo ducta sunt, conferre non licet. Ejusmodi est narratio de obsessis et expugnatis Syracusis. Quatenus de his eadem etiam Anonymus narrat, plenior hic et integrior est; quatenus ex uno codice Parisino pendemus, supina excerptoris negligentia vel ex eo apparet, quod Polybii narrationem ita truncavit, ut urbs non anno demum 212 a. C, sed paucis diebus post quam an. 214 frustra eum Marcellus oppugnaverit, capta esse videatur.

Ceterum fontem ex quo tum Anonymus tum noster scriptor excerpta sua petiverint, in collectaneis Constantinianis agnoscere mihi videor. Etenim Constantinum Porphyrogenitum, qui et ipse quaedam de re tactica elaboraverat, antiquiora de rebus bellicis scripta et horum illustrandorum causa, ex more antiquo, excerpta historica colligenda curasse recte haud dubie a viris doctis statuitur, quamquam disertum ejus rei testimonium desidero. Fortassis ejus operis curam imperator commisit Heroni, quem novimus Athenæi, Bitonis, Heronis Alexandrini, Philonis et præ ceteris Apollodori scripta κατ' ἐκλογὴν συντάξαι et cascum illorum dicendi genus κατὰ τὸ σαφέστερον μεταποιῆσαι (vid. p. 199 et 296 ed. Wescher). Idem tanquam supplementum τῶν Πολιορκητικῶν etiam Γεωδαισίαν composuit, ex qua liquet scripsisse virum Constantinopoli regnante Constantino Porphyrogenito (Vid. St Vincent in *Extraits et Notices des mss.* tom. XIX, p. II, p. 848 sqq.). Exteriorem excerptorum adnotationem, qua singulis narrationibus nomen scriptoris præfigitur, eandem habes in Geoponicis a Cassiano Basso imperatoris jussu collectis, dum alia est in quin-

a Bulgaris captæ (321) [ineunte sæculo decimo, ut videtur. Vid. Tafel in libro De Thessalonica p. 58], Thessalonicae, ab Agarenis captæ (326), Aradi (328), Hierosolymorum (ib.), Sardinum (363), Oxianæ petrae (363), quarum partem haud dubie etiam in nostris excerptis haberemus, si integer codex Parisinus ad nos perdurasset.

(*) Ut exemplo res probetur, enotabo discrepantiam quæ inter Nostrum et Anonymum intercedit in narratione de Tyri obsidione, quam Arrianus 2, c. 13,7—c. 24, 2 suppediavit. — Pag. 308, 13 ed. Wescher. legitur ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν δὲ πορθμὸς τεναγῶδης, ubi post v. πόλιν exciderunt quæ leguntur apud Arrian. 2, c. 18 p. 52, lin. 3-15 ed. Didot. Hæc lacuna, quæ non erat in Excerptis quibus Anonymus usus est, librarii oscitantia debetur. — 309, 6. πολλὴ ἀρθονία] πολλῶν ἀρθ. Anon. et Arrian. — 309,8. Ordo verborum idem est apud Anonymum; alius est in codd. Arriani. — 309, 9. Post v. ἐγένετο omittuntur quattuor versus Arriani, quos habet Anonymus. — 309, 10. τῷ τε βαθυτέρῳ] τε habet etiam Anon.; in nostris Arriani codd. non legitur. — 310, 2 προχωρήκει] librarii sphalma; προκεχωρήκει Arrian. et Anon. Ibid. ἐπέστησαν] δύο addunt Arrian. et Anon. — 310,3. προκαλύμμα] προκαλύματα Arrian. et Anon. — 310,5. ἐν ταύτῳ] ἐν τῷ αὐτῷ Arrian. et Anon. — 310,7. γωνύντες] ἀπὸ τῶν πύργων addunt Arrian. et Anon. — 310,9. κλημάτων] κλημάτων Arrian. et Anon. — Ibidem verba καὶ ἐν κύκλῳ περιγράφουσι Arriani et Anonymi omissa sunt. — 310,16. ἔβησαν] ἐνέβησαν Arrian. et Anon. — 311,8. παρεσκευάστο] παρεσκευασμένα ἦν Arrian. et Anon. — 311,12. Nonnulla Arriani et Anonymi omittuntur. — 312,15. Omittuntur non omittenda et ab Anonymo non omissa verba ὅσας μὴ τὸ ἀπὸ τῆς νεῶς πῦρ ἐπέσχευ. — 311,16. Post vocem ἀρξάμενος (p. 53,17 Did.) inseruit ἔγνω, quod non habent Arrian. et Anon. — 312,3. In brevius contrahuntur verba Arriani c. 19, 6, p. 53, 30-34, quæ integra præbet Anonymus. Deinde septuaginta versus editionis Didotianæ (c. 20,1-21,2, p. 53, 35-55,6) omittuntur, quos habet Anonymus singulis quibusdam verbis varians, semel addens quæ in nostro Arriano non leguntur; sc. cap. 20, 8, p. 54, 29 post verba αἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ νῆες addit : εἰπὼς ἄρα εἰς ναυμαχίαν τοὺς Τυρίους προκαλέσαντο. — 312,7, νήτων] librarii errore pro νεῶν, uti est ap. Arrian. et Anon. — 312,12. Quaedam omissa quæ habet Anon. — 312, 15-18. Verba Arriani reddit Anonymus (nisi quod v. ἐγγύς; omittit), non item codex Paris. — 315,5 σχοίνους] χοίνικας librarii sphalma ap. Anon. — 313,7 et 12. Nonnulla omittuntur quæ habet Anon. — 313,14. ταῖς τῶν Μακεδόνων ναυσί] ταῖς Κυπριαῖς ναυσί Arrian. et Anon. — 313,15. Multa omittuntur (c. 22,7-c. 23,2) quæ habet Anon. — 316,3. Paucis absolvit, quæ integra ex Arr. 23,3, p. 57, 23-27 habet Anon. — 316, 7. Omittuntur Arrian. p. 57, 32-58, 8; ea Anonymus habet usque ad p. 57,42, sequentia et ipse comprehendit verbis : ἀλλὰ καὶ τοῦ τείχους ληφθέντος, οἱ Τύριοι οὐκ ἐνεδίδοντο.

In Excerpto de Gazæ obsidione (ex Arrian. 2, 25), p. 317,3 ed. Wescher. Γαζέων] Γαζαίων recte cum Arriano Anonymus 317,4. ᾧ ὄνομα] ἦν addunt Arrian. et Anon. — 317, 9. ἐς εἰκοσι] ἐς omis. Arrian. et Anon. — 317,10. ἡ ὁδὸς] ἡ ἀνοδος Arrian. et Anon. — 318,2. ἐπὶ τῆς ἀρχῆς] ἐπὶ τῇ ἀρχῇ Arrian. et Anon. — 318,3. τῇ πόλει] τὴν πόλιν Arrian. et Anon. — 318, 5. οἱ γε μὴ] οἱ δὲ Arrian. et Anon. — 318,6. τὴν πόλιν διὰ ὕψους τοῦ τείχους] τὸ τεῖχος διὰ ὕψους τοῦ χώματος Arrian. et Anon. — 318,7. αἰρετώτερον] αἰρετέον Arrian. et Anon. — 318,15. Omittitur narratio de portento (p. 60,3-12), quam habet Anon. — 319,3 et 320,8. Nonnulla omittuntur, quæ habet Anonymus. Exit Anonymus in v. ἐμάχοντο, post quam vocent oratio lacuna hiuleat.

quaginta tribus eclogarum historicarum titulis. Inter hos quoque unus fuisse videtur *περὶ στρατηγῆμάτων*, qui semel memoratur in eclogis *περὶ γνωμῶν*. Quamquam fieri etiam potest ut ibi pars syntagmatis de rebus bellicis intelligenda sit.

II. CODEX SCORIALENSIS Ω, I, 11.

Joannis Antiocheni fragmenta ex eclogis Constantinianis *περὶ ἐπιβουλῶν* in quarto Fragmentorum Historicorum volumine dedi secundum codicem Parisiensem 1666, qui fine mutilus in rebus Zenonis (an. 486) subsistit. Nunc quæ ibi desiderantur, suppleri e codice Scorialense Ω, I, 11, qui easdem de insidiis eclogas exhibet integras. Titulus iis præfigitur (fol. 107) : Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἰωάννου Ἀντιοχέως, ut monui in *Fragm. Hist. tom. IV, p. 535*. Quod vero ibidem dixi subscriptum legi : Ἰωάννου τοῦ ἐπικλῆν Μαλέλα, id, ut postea vidi, secus habet. Videlicet excerpta ex Joanne Antiocheno subscriptione carent. Post ultimum fragmentum ad postremum Phocæ imp. annum (610) pertinens in codice spatium vacuum est sex versuum capax. Ea in lacuna periiit tum subscriptio, tum initium excerptorum quæ deinceps leguntur et Chronicis Joannis Malelæ. Servata eorum pars nunc incipit verbis : ... φεύσατο μετὰ τοῦ Αἰγίσθου πῶς ὀφείλει δόλω φονευθῆναι ἐρχόμενος Ἀγαμέμνων (v. Malela p. 133, 7 ed. Bonn.), pertinet vero usque ad fol. 167, ubi subscriptum est : Τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου τοῦ ἐπικλῆν Μαλέλα περὶ ἐπιβουλῆς.

Joannis Antiocheni fragmenta quæ sunt de rebus imperatorum Byzantinorum, nova multa eaque ex optimis fontibus ducta præbere inter historicos satis jam constat, idque iis quæ e codice Scorialensi jam accedunt, magis etiam comprobabitur. Quod duces attinet, quibus Joannes se addixit, sæpius monui multa eum eodem prorsus modo referre quo eadem narravit Socrâtes (vid. not. ad fr. 184, 186, 189, 190, 193, 195, 211). Verum, nisi egregie fallor, Joannes hæc non ex Socrate, qui ecclesiasticis summa civilis historiæ momenta immiscuit, expiscatus est, sed ex eodem sumsit Eustathio Epiphaniensi, quo Socrates usus est, et quem historias suas usque ad duodecimum Anastasii annum (502 p. C.) deduxisse ex eodem Socrate novimus (v. *Fr. Hist. 4, p. 138*). Ac quoniam Eustathius in historiis suis excerptis perhibetur tum alios tum Dionem Cassium, Herodianum, Nicostratum, Dexippum, Arrianum, Asinium Quadratum, Zosimum et Priscum, ex quibus Dionem, Herodianum, Zosimum et Priscum etiam Joannis fragmentis reddi luculentissimis exemplis probatur, vix erraveris si Joannem Syrum statueris non denuo istos historicos excerptis, sed excerptos jam ab Eustathio Syro in usus suos convertisse. In postrema historiæ parte, qua res post an. 502 gestas narrantur, iisdem quibus Theophanes fontibus usus esse videtur.

Ceterum alter quoque Joannes, Malela ille dictus, quamvis in majori operis parte plane hellus et pecus sit, attamen Antiochiæ urbis historiæ fons est præcipuus et de suæ ætatis rebus Byzantinis auctor haud spernendus. Quod quidem multo clarius appareret, si integrius opus ad nos pervenisset. Etenim editiones Malelæ uno nituntur codice Oxoniensi ex quo Chronographiam descripsit Edmundus Chilmeadus et e schedulis ejus viri Humfredus Hondius an. 1691 edidit. At codex ille et initio et fine mutilus est. Ex parte in fine deperdita codex Scorialensis duo excerpta servavit quæ pertinent ad tempora Justiniani. Reliquis excerptis docemur in codice Oxoniensi narrationem auctoris permultis locis magnopere breviam esse, adeo ut tum his *περὶ ἐπιβουλῶν* eclogis tum illis quas *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* codex Turonensis (fol. 81 v. 85 r.) suppeditat, ad majorem integritatem opus revocari possit.

III. CODEX CONSTANTINOPOLITANUS.

Codex qui Critobuli libros quinque de rebus gestis Mechemetis continet, Constantinopoli asservatur in bibliotheca Seraglii sive palatii imperatoris Turcorum. In indiculo codicum græcorum turcice scripto numero II designatur, in catalogo quem ipse in Seraglio composui, sub numero XIV recensetur.

DE CODICIBUS SCORIALENSI ET CONSTANTINOPOLITANO.

xv

Chartaceus est, sæc. XVI, longus centimetra 22, latus centimetra 15; foliis constat 306; in singulis paginis versus 34. Scriptura satis nitida. Singuli foliorum fasciculi, qui, soluta voluminis compagine, nullo jam vinculo coercentur, non ubique sunt quaterniones legitimi, sed foliorum numero variant. Fasciculus primus folia habet sex, decimus decem, decimus septimus septem, vicesimus sex. In vicesimo primo sive ultimo priores paginæ quattuor scripturam ostendunt, reliquæ vacuæ sunt. In decimo (p. 129-148) media folia quattuor (p. 135-142) scripta sunt literis multo majoribus quam cetera. Videtur ibi aliquid omissum fuisse, cujus supplendi causa mediis quaternionis foliis duobus substituta sunt folia quattuor; quum vero omissorum copia non tanta esset, ut hæc sueto scribendi genere impleri possent, grandioribus literis scriba usus est, quamquam vel sic accidit ut ultimæ paginæ (142) pars manserit vacua. In primo sex foliorum fasciculo paginæ 1-4 et 10-12 scriptura vacant; in paginis 5-9 legitur epistola, qua Critobulus Mechemeti sultano opus suum dedicavit. In margine quinque centimetra lata colore rubro adscribuntur singulorum capitum argumenta, quæ enotare non erat operæ pretium; magni vero momenti sunt quæ ibidem atramento scripta leguntur. Hæc enim ex alio codice aliaque operis recensione, quam in exhibendo verborum græcorum contextu secuti sumus, addidamenta seu supplementa (*) et locis quam plurimis varias lectiones suppeditant. Nostrum codicem transcriptum esse ex codice lacunis mutilo, primum colligitur ex lib. 1, c. 5, 7 p. 58, ubi post verba διατιθεμένων δὲ τοῦ oratio abrumpitur. Desiderantur versus quattuor vel quinque. Scriba lacunam animadvertens, sed quanta deessent nescius, unius fere versus spatium vacuum reliquit; hoc deinde alia manus explevit et reliqua, quæ contineri eo non poterant, ad marginem scripsit. Alia lacuna liber secundus laborat. Etenim quum per totum reliquum opus finis singulorum annorum expressis verbis more Thucydideo commemoraretur, in codice nostro desideratur mentio anni 6962, adeo ut libro secundo, quo res quattuor annorum narrantur, tres tantum anni comprehendi videantur (V. not. ad 2, c. 1 p. 105). Et hæc quidem lacuna quum nulla marginis nota indicetur, etiam in altera operis recensione existisse debet. Jam repperit eam auctor argumenti libro secundo præfixi, ut ex verbis χρόνου πλῆθος ἔτη τρία colligitur. Eadem causa fuit cur in sqq. regis annus quintus in quartum, sextus in quintum et sic porro abierint, qui errores deinde vel ad marginem vel in raris correcti sunt.

Quod epistolam Critobuli attinet, aliud ejus exemplar ab eo quod codex noster habet diversum Tischendorfius edidit in *Notitia editionis codicis Bibliarum Sinaitici* (Lips. 1860) p. 123, ubi hæc :

« Denique missis in præsens aliis, de historico breviter dicamus, cujus quod sciam nec opus nec nomen innotuit. Quo enim tempore Muhamedes II orbem terrarum gloria nominis sui implebat, inter monachos græcos montis Athi inventus est qui historiam rerum ab eo gestarum conscriberet. Conscriptam Muhamedi misit, libri censuram exspectans. Cui exspectationi etsi latet quomodo satisfactum sit, tamen ipse liber non periit. Nuperrime enim in ipsa ea urbe, in qua Muhamedes sedem constituit, contigit ut in manus meas incideret codex in quo Muhamedis res gestæ a Critobulo monacho conscriptæ leguntur. Historiam satis verbose scriptam præcedit epistula, unde scriptoris pariter atque libri ratio cognoscitur. Quam quum favore Alexandri Lobanow principis, viri intelligentissimi literarumque amantissimi, nactus sim, viris doctis ejus legendi copiam faciam. »

In his istud de Critobulo monacho Atheo commentum ejusmodi est ut Tischendorfius aut non vidisse codicem aut, si viderit, ne prima quidem ejus verba legisse videatur. Epistola autem, quam vel cujus ἀπόγραφον T. favore Alexandri Lobanow, qui tunc imperatoris Rossorum legatus Constantinopoli versabatur, accepit, num olim in codice nostro, cujus compaginem dissolutam esse monui, juxta alteram illam exstiterit, an ex alio quodam Critobuli codice depromta sit, in medio mihi relinquendum est. Nonnulla quæ in nostro codice ad marginem notantur (ut § 4 verba

(*) Vid. v. c. not. ad 2, 19, 2. 3, 8, 4, 4, 1. 4, 5, 4. 4, 10, 7. 5, 6, 1.

Cambridge University Press

978-1-108-01666-7 - Fragmenta Historicorum Graecorum, Volume 5

Edited by Carl Muller and Victor Langlois

Frontmatter

[More information](#)

xvj

PROLEGOMENA.

ἐν πέντε τμήμασι διελών et § 13 καὶ νεωρίων), alterum epistolæ exemplar in contextu verborum habet; ne tamen putemus id esse ejus Historiarum recensiois, cujus varias lectiones margo nostra præbet, reliquo dissensu, quem in annotatione consignavi, impedimur.

IV. CODEX ATHOUS PHOTII.

De Photii codice chartaceo, formæ maximæ, sæc. XVII, qui in Athoo τῶν Ἱερόρων monasterio asservatur, nihil ego novi præter ea quæ in annotatione p. 162 attuli. His nunc addere liceat nonnulla eorum quæ disputavit Augustus Nauck in proœmio editionis Lexici Vindobonensis (Petropoli 1867. 8) p. XXIII.

« Photii, inquit, εἰς τὴν τῶν Ῥώσ δμλίαιν, quæ nunc primum integræ a nobis eduntur, spectant ad Rossorum incursionem Constantinopolitanam anno 865 factam, de qua quæ e græcis et slaviciis scriptoribus tradita sunt, tametsi discordant inter se neque ad accuratam rei cognitionem videntur sufficere, hoc tamen ostendunt, ingentem civibus terrorem injecisse Rossorum manum ducentis navibus præter spem appulsam, et nisi coorta subito tempestate prædantium advenarum naves fractæ essent, facile fieri potuisse, ut turpissima quæque Græci perpeterentur. Homilias autem, quibus Photius calamitatem istam Constantini urbi divinitus immissam deplorat, dudum constabat seculo XVII una cum aliis homiliis Photii in codice quodam vel Mosquæ invento vel Mosquam allato lectas esse a Paisio Ligaride metropolita Gazensi. Paisius enim Nicolao Heinsio notitiam rei una cum secundæ homiliæ exemplo impertiit, Heinsius quæ acceperat a Paisio concessit Bigotio, Bigotius eadem primum cum Combefisio communicavit, deinde Montefalconio tradidit. Inde Combefisius in Bibliothecæ patrum auctario novissimo et Montefalconius in Bibliotheca bibl. mss. initia Photianarum εἰς τὴν ἔφοδον τῶν Ῥώσ homiliarum indicarunt. (*) Alter earundem homiliarum codex olim fuit in Bibliotheca Escorialensi, quem enim Barocætius in Catalogo codd. Scor. bibl. vel potius Guil. Lindanus (hunc enim Barocætius sequitur) Photianæ homiliæ prodit titulum εἰς τὴν ἔφοδον τῶν φωτῶν, eo has ipsas de quibus agimus εἰς τ. ε. τῶν Ῥώσ significari acute perspexit Kunik ... Codices et Mosquensis et Escorialensis incendio videntur absumpti. Paisius autem quod confect alterius homiliæ exemplar nescimus quo devenerit. Verumtamen quæ apud Mosquenses et Hispanos frustra quæsita erant, alibi inventa sunt. Etenim Porphyrius Uspenski archimandrita an. 1858 in codicem monasterii Iberici montis Atho incidit, cui et aliæ Photii homiliæ et duæ εἰς τ. ε. τῶν Ῥώσ inerant. Indicavit ἔρμαιον suum Petro Sevastianof, qui quas homilias hominibus rerum rossicarum studiosis grates fore intelligebat, photographicae artis ope reddidit et exemplum Petropolim allatum permisit an. 1861 m. Febr. collegæ cl. E. Kunikio, qui mihi ... mandavit ut verba græca transcriberem et recensere. »

V. CODEX LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI.

De codice Musei Britannici, qui inter codices additicios numero 19, 391 signatur, dixerunt viri doctissimi Fridericus Madden in diario quod *Athenæum* inscribitur (8 Mart. 1856, p. 299) et Joannes Yates in *Transactions of the royal society of Literature* tom. VIII, 1864 (*Some account of a volume containing portions of Ptolemy's Geography and of the Geographi Minores.*), ubi vir egregius etiam verba græca fragmenti ex Anaplo Bospori petiti descripsit. Deinde ipse Londinii totum codicem excussit. Volumen illud, ut nunc habet, viginti et uno constat foliis membranaceis, longis centimetra 34, latis centim. 26, quæ mense Martio an. 1853 Simonides Græcus Museo Britannico vendidit. (***) Duorum codicum particulas continent eadem manu scriptas, quæ sæculi XIV vel,

(*) « Pluribus de hac re disputavit E. Kunik in Bulletin de la classe historico-philologique de l'Acad. des sc. de S.-Petersbourg tom. VI, p. 373-379 (an. 1849); tom. VIII, p. 185 sqq. (an. 1851) »

(***) In prima voluminis pagina Maddenii manu scriptum legitur : « Purchased of M. C. Simonides (through. M. W. B. Barker), 12 March 1853. Joannes Yates l. l. : It is important, inquit, to observe, that the contents of the volume were delivered by Dr. Simonides to the British Museum in detached portions, and were afterwards bound together. »

DE CODICIBUS ATHOO ET LONDINIENSI.

xvii

Maddeno iudice, sæc. XV esse videtur. Folia 14-21 avulsa sunt e Ptolemæi geographiæ codice, qui servatur in Athoo τοῦ Βατοπεδίου monasterio. Hunc codicem octo illis foliis (f. 34-41) jam spoliatum Petrus Sewastianoff an. 1858 arte photographica exprimendum curavit et an. 1867 photolithographiæ artificio repetivit et edidit Ambrosius Firminus Didot. (**). Reliqua Londiniensis libri folia tredecim (f. 1-13) non continuum orationis tenorem exhibent, sed duorum, ut videtur, foliorum jactura interruptum. Decerpta sunt e codice quem et ipsum in Atho monte quærendum esse vel ex eo colligas quod fol. 3 juxta verba ἐς τὸν Ἄθω recens manus in margine scripsit Ἄθως ὄρος, quæ quidem marginalis nota hac manu scripta in toto volumine unica est. Integer codex quænam opuscula continuerit, præmisso docemur indiculo. Inde vero nec non ex cetera codicis ratione patet librum Athoom originem ducere ex notissimo codice Heidelbergensi 398. sæculi X, cujus priores quaterniones quinque sive folia quadraginta nunc desiderantur. Videlicet ex 22 opusculis codicis Athoi opuscula 5-22 eodem ordine etiam Heidelbergensis habet, nisi quod in Athoo deest Arriani Κωνηγετικός quem Palatinus inter scripta geographica N. 5 et 6 parum apte interponit. Itaque vix dubium est quin priora quattuor scripta codicis Athoi olim etiam in Heidelbergensi legerentur. Quam conjecturam firmat computatio. Etenim si in Athoo libro post folium tertium duo folia excidisse statuamus (quod pro certo fere asseverare licet), usque ad locum ubi nunc incipit Heidelbergensis, quattuordecim paginæ et dimidia forent, quæ in Heidelbergensi 80 fere paginas deperditas explerent, quandoquidem in Athoo scriptura tam est minuta et pressa ut una pagina tot circiter verba habeat quot in Heidelbergensi libro, scriptura grandi et quadrata exarato, paginis quinque et dimidia continentur. Ceterum index scriptorum ita habet :

Ὁ τῶν γραφέντων ὡδε βιβλίων πίναξ.

α'. Ἐποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ

(Fol. 1 v., 11-fol. 3 v., 10. Vid. Geogr. Min. tom. 2, p. 494-509.)

β'. Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις.

(Fol. 3 v., 10 usque ad finem folii 3 v., ubi græca desinunt in verba ἔστι γὰρ μακρὰ, in Geogr. Min. 2, p. 486, 7. Desunt igitur ultimi versus quattuor vel quinque hujus opusculi. Deinde desideratur opusculum tertium et major pars opusculi quarti. Quæ omnia non ultra duo folia impleverit nunc deperdita.) (*)

γ'. Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημάτων.

δ'. Διονυσίου Βυζαντίου Ἀνάπλους Βοσπόρου.

(Ejus scripti pars ultima exstat in fol. 4 r., 1-9. Subscriptum Διὼρθωται οὐ πρὸς πάνυ σπουδαῖον ἀντίγραφον. Vide infra p. 190 hujus voluminis.)

ε'. Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου ἑκατέρων τῶν ἡπείρων τῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν.

(Fol. 4 v., 10-fol. 7 v., 8. In medio hoc Pseudarriani periplo, fol. 6 v., 18 codicis Londin., § 43, p. 412 in Geogr. min. tom. 2, incipit codex Heidelbergensis, qui postremam peripli partem habet in foliis 1-6. — Deinde codex Heid. fol. 723o ponit Ἀρριανοῦ Κωνηγετικόν, quem Athous liber omisit.)

ς'. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν, ἐν ἧ' καὶ περίπλους Εὐξείνου πόντου.

(**) *Geographiæ de Ptolemæe, reproduction photolithographique du ms. grec du monastère de Vatopedi, exécutée d'après les clichés obtenus sous la direction de M. Pierre de Sewastianoff, et précédée d'une introduction historique sur le mont Athos, les monastères et les dépôts littéraires de la presqu'île sainte par Victor Langlois. Paris 1867, fol. Librairie de F. Didot. Codicem e Batopedio monasterio ablatum esse acute jam suspicatus erat Joannes Yates l. 1. p. 21. Octo illa Ptolemæi folia continent Geographiæ librum septimum, libri octavi capita 1-3, tabulam orbis terrarum, tabulam insularum Britannicarum et dimidiam partem tabulæ Hispaniæ. Fusius de his dicemus in editione Ptolemæi.*

(*) In aliis codicibus inter duo hæc opuscula (α' et β'), medius interponitur libellus, cui titulus : Διάγνωσις ἐν ἐπιτόμῳ τῆς ἐν σφίραξ γεωγραφίας, ita ut præcedat Agathemeri opus (β' in cod. Lond.), sequatur Anonymi ὑποτύπωσις (α' in cod. L.). Post tria hæc opuscula in codd. Pariss. 1405. 1406. 2554 et Matrit. 138 habes initium Anapli Bospori.

xviiij

PROLEGOMENA.

- (Fol. 7 v., 9-fol. 9 v., lin. 2 ab ima. In cod. Heidelb. fol. 30-40. Geogr. Min. 1, p. 370-401.
ζ'. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.
(Fol. 9 v. ult.-fol. 12 v., 4 ab ima. In cod. Heidelb. fol. 40-54 v. Geogr. min. 1, p. 257-305.
In utroque codice subscriptum : Διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.
η'. Ἄννωνος βασιλέως Καρχηδονίων περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείας στήλας Λιθυκῶν τῆς γῆς μερῶν,
ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει.
(Fol. 12 v., 4 ab ima-12 v., 25. In cod. Heidelb. fol. 55-56. Geogr. m. 1, p. 1-14.)
θ'. Φύλωνος Βαντίου (sic pro Βυζαντίου) περὶ τῶν ἐπτὰ θαυμάτων.
(Fol. 12 v., 26-fol. 13 v., 2, relicto deinceps spatio vacuo, quod versibus 17-18 sufficeret.
In cod. Heidelb. fol. 56 usque ad finem folii 59 v. In utroque codice opusculum fine mutilum desinit in verba : πρῶτον μὲν ἐβάλετο κρηπίδα δεκάβαθμον διεγείρων πρὸς βᾶσιν μετεωροφανές καὶ περὶ. In cod. H. recentiori manu adscribitur : λείπει φύλλα τινά; in cod. Athoo : ἕως ὧδε. Perierunt in illo ultima folia quaternionis decimi tertii. Constat igitur quomodo nata sit lacuna; unde sequitur Athooum codicem, ubi oratio subsistit in prima paginae parte inque medio versu, originem ducere e codice Heidelbergensi.
ι'. Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν ιζ' βιβλίων.
(Cod. Heidelb. fol. 60-156. In cod. Athoo folii 13 v. pars posterior primos versus 27 hujus operis exhibet. Ultima verba : παραλλήλων καὶ ὀρθῶν καὶ τῶν τοιοῦτων (p. 513, § 18 in Geogr. min. tom. 2). Reliqua omnia in codice Lond. desiderantur.
ια'. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων.
(Cod. Heidelb. fol. 157-172. Geogr. min. 2, p. 637 sqq.)
ιβ'. Παρθενίου περὶ ἔρωτικῶν παθημάτων.
(Cod. Heidelb. fol. 173-189.)
ιγ'. Ἀντωνίνου Λιβεράλις Μεταμορφώσεων συναγωγή.
(Cod. Heidelb. f. 189-208.)
ιδ'. Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως κατὰ Ἡσύχιον Ἰλλούστριον.
(Cod. Heidelb. f. 209-215.)
ιε'. Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου Καίσαρος περὶ θαυμασιῶν καὶ μακροβίων.
(Cod. Heidelb. f. 216-234.)
ισ'. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Ὀλυμπίων ἀγώνων.
(Cod. Heidelb. f. 235.)
ιζ'. Ἀπαλλωνίου ἱστορίαι θαυμασίαι.
(Cod. Heidelb. f. 236-242.)
ιη'. Ἀντιγόνου ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή.
(Cod. Heidelb. f. 243-264.)
ιθ'. Ἱπποκράτους ἐπιστολὴ Θεμιστοκλέους. Sic scribæ lapsu, ut videtur. Debebat : ιθ'. Ἱπποκράτους ἐπιστολαί (cod. Heid. f. 265 sqq.) κ'. Θεμιστοκλέους (cod. H. f. 283 sqq.).
κα' (deb. κα'). Διογένους τοῦ Κυνός (cod. H. f. 303 sqq.).
κα' (deb. κβ'). Βρούτου Ῥωμαίων ὑπάτου (cod. H. f. 322 sqq.)
Quodsi ex hisce recte colligitur codicem Londiniensem de codice Palatino, nescio qua successionis serie, descendere, eo ipso liquet in scriptis, quæ uterque codex continet, varias lectiones libri Lond. ab omni auctoritate destitutas ac meræ scribarum vel negligentiae vel, si quando proba obviam fiunt, intelligentiæ vindicandas esse. Ac sane in Pseudo-Arriani parte ultima, in Arriani et Anonymi periplus Ponti et maris Erythraei et in Hannonis scripto nihil invenitur quod ex alio codice derivandum sit. Quod attinet scripta geographica Anonymi et Agathemeri (N. 1 et 2) et partem Pseudarriani Periplus Ponti Euxini, quæ ex aliis codicibus novimus, Londiniensis liber in plurimis quidem lacunis et nominum numerorumque corruptelis cum reliquis conspirat, simul autem tum vitia quædam ipsi propria habet, tum verò multis locis solus genuinam auctoris scripturam servavit. Omnes illi codices, inter quos principem locum Londiniensis obtinet, ex

DE CODICE LONDINIENSI.

XIX

eodem fonte satis jam impuro deducendi sunt; qui quidem fundus communis majus scriptorum geographicorum σύνταγμα fuerit, ex quo alii alia quaedam selegerunt. Præcipuum vero libri Londiniensis pretium in eo positum est, quod solus suppeditat anonymi peripli Ponti Euxini partem mediam et verba græca ultimorum capitum Anapli Bospori, quæ infra p. 174 sqq. exhibui. Hoc autem loco quæ sit in ceteris libris geographicis in cod. Heidelb. deperditis varia lectio, enotabo.

ANONYMI PERIPLI PONTI EUXINI PARS PRIMA.

Hanc non noveramus nisi e codice Vaticano 143 et excerptis nonnullis quæ suppeditat codex Vindobonensis. (Vid. Geogr. Min. tom. I, p. 402-412.)

Inscriptio libri in codice Lond. ita habet: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου ἐκατέρων τῶν ἡπείρων τῶν παρά τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν· α' Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους· β'. Παφλαγονίας· γ'. Τῶν δύο Πόντων· δ'. Τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου· ε'. Θράκης τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ. — Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ σεβαστῷ Ἀρριανός. Eundem titulum, sed lacuna mutilum, præbent Excerpta codicis Vindobonensis. Vel hinc igitur patet ea non petita esse e genuino Arriani periplo, uti monueram in G. M. p. 402 not. Quamquam vel nuper Hercherus (Arriani scripta minora. Teubn. 1864, p. 94, lin. 6-19) Hudsoni aliorumque vestigia legens locum satis amplum ex cod. Vind. in Arriani periplum infersit.

Pag. 402, 4. προσαγορευόμενος] προσαγορευομένου, ut Vat., neque id mutandum erat. — 7. δέ] τε bene. — Ib. λειπόμενον] λεγόμενον, ut Vindob. — 8. τὸ .. κείμενον] τοῦ κειμένου. — 10. Διὸς [τοῦ] Οὐρίου] τοῦ, a Gailio suppletum, non habet, neque eo opus est.

P. 403, 4. δέ] om. — Ib. πλέοντι] περιπλέοντι. Dein Πίεαν.. Πίβα. — 12. Ψιλλίδα] Ψίλιν, recte; sic enim Arrianus. — 14. ὀρμίζοιτο] ὀρμίζονται. — 16. Ψιλλίδος] Ψίλιδος. — Ib. Κάλπην et mox Κάλπη] Κάλπιν... Κάλπις. — 17. τὸ] om. — 19. ὅποιος] ὅποιον. — 20. ψυχροῦ καὶ καθαροῦ] καθαροῦ ψυχροῦ. — 24. στάδια κ', μίλια β', ε', ε'] στάδια κβ' ε' δ'. μίλια γ' δ'. Stadiorum numerus ortus ex conflatis numeris stadiorum et millium, deinde ex corrupto sic stadiorum numero collectus est numerus millium computo haud accurato. — 26. Δάφνην] Δαφνουσίαν, quod recipiendum est, quoniam lin. 30 Vaticanus quoque Δαφνουσίαν habet. — 27. ὑπὸ νήσῳ] ὑπὸ τὴν νῆσον; lege ὑπὸ τῇ νήσῳ. — 28. Ἀπολλωνιάς... Ἀπολλωνιάδος] Ἀπολλωνία... Ἀπολλωνίας. — 31. ἡ λεγομένη χηλὴ Μηδιανῶν] ἡ καὶ νῦν λ. Χηλὴ Μ. Hæc compiler de suo addidisse videtur, ut passim. Quare etiam non est cur Χηλὴ mutetur in Χηλαί ex Arriano.

P. 404, 2. ἐξίησι διὰ τῆς Θυνιάδος] ἐξείσι δ. τ. Θυμηδίας. — 5. ἐφ' αὐτῷ μεσηγὺς πόλιν Προυσιάδα] ἐπ' αὐτῷ μεσόγειον π. Πλουσιάδα. — 8. ἕρμος] καὶ ἕρμος. — 9. Λιλεὸν... Λιλεοῦ] Λιλαῖον... Λιλαίου, recte. Nomen in Arriani periplo § 18, p. 383, abiit in Λίλλιον. — Ib. Ἐλαιον] Ἐλεον. — 12. Lacunam quam explevi verbis: ἀπὸ δὲ Ἐλαίου εἰς Κάλπητα ἐμπόριον καὶ ποταμὸν στάδια ρκ', μίλ. ιε', non habet codex Lond., in quo legitur: ἀπὸ δὲ τοῦ Ἐλεοῦ εἰς Κάλπητα ποταμὸν καὶ ἐμπόριον etc. — 16. στάδια θ'] στ. κ', recte, quum sic habeat Arrianus. — 19. Μηδίας] Μηδείας. — 28. Ποσειδεῖον... Ποσειδείου] Ποσειδεον... Ποσειδεῶν. — 29. Ποτίστεα] Ποτίστια. — Ib. στάδια μ', μίλια η'] στ. μ', μίλια ε', γ', in quibus stadiorum et milium numeri consentiunt; at quæritur num stadiorum numerus recte habeat. — 30. Κυρσαῖτα] Κύρσαντα. De vera nominis forma non constat. — 31. Τυνδαριδῶν] Τυνδαριδος L, Τυνδαριδίνης Vatic.; in antec. uterque εἰς Τυνδαριδας, ut ap. Arrian. — στάδια με', μίλια ε'] στάδια ιε', μίλ. β', recte, sic ut Arrianus.

P. 405, 1. Ὄξίνα] Ὄξίνα ποταμοῦ. — Ib. Σανδαράκη] Σινδαράκη et mox Σινδαράκης. — 2. μικρᾶς] om. — Ib. μίλια ε'] μίλια ε', γ', recte. — 4. Ψύλλαν.. Ψύλλης] Ψύλλιον.. Ψύλλίου. In Arriani cod. Ψύλλαν. — 9. Βιλλαῖος ποταμὸς] ποτ. Βιλλ. — 13. Ψίλιδα... Ψίλιδος] Ψίλλαν.. Ψίλιδος. — 17. ὁ Παρθένης] ὁ Παρθένιος. — 20. ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου εἰς Ἀμάστραν τὴν καὶ Ἀμαστριν λεγομένην πόλιν etc.] ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου εἰς Ἀμαστριν πόλιν Ἑλληνίδα, ἔχουσιν καὶ πρότερον λεγόμενον Σήσαμον. — 23. ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας etc... μίλια ζ'] om. — 27. Ἀμαστριν] Ἀμάστραν.

b.

P. 406, 1-3 ita habet codex : ἐπὶ τῶν τόπων κτίσασα πόλιν ὁμώνυμον Ἄμαστρις, Ὁξάθρα μὲν ἱστορομένη θυγάτηρ, ὡς λόγος, ὑπάρχειν τοῦ Πέρσου, τοῦ δὲ Ἡρακλείας Διονυσίου τοῦ τυράννου γενομένη γυνή, ex quibus prima verba usque ad v. ἱστορομένη sic recipienda sunt in periegesin iambicam (vs. 963 p. 237). — 5. Ἐρυθίνους] Εὐρυθίνου. — 6. Χηλῆς Ἐρυθίνων] Εὐρυθίνων χηλοῦ. — 8. εἰς Κύτωρον] εἰς Κύτωρον χωρίον, ὄρμον ναυσί. — 9. Κυτώρου] Κυτώρων. — 10. στάδια ν' μιλ. ς', ε', ς'] σταδ. λ', μιλ. δ', recte, quum sic Noster cum Arriano faciat, qui a Climace ad Thymena 90 (30 + 40 + 20) stadia computat. — 13. Θύμηνα .. Θυμήνων] Θύμινα .. Θυμίων. — 18. ἐκ] ἀπὸ. — 21. Μαρσίλλαν] Μόρσυλλαν. — 24. Ἀθώνου τείχος τὴν νῦν λεγομένην Ἰωνόπολιν] Ἀ. τ., πόλιν τὴν ν. λ. Ἰωνούπολιν. — Ib. Αἰγινήτην] Αἰγινήτων. — 30. Κινώλην .. Κινώλη] Κίνολιν .. Κινόλει et similiter in sqq. — 32. Ἀντικίνωλιν] Ἀντικίνολιν. — 35. τῶν ποταμῶν] τῶν οἰμ. — 36. ἀκρουλεπτὴν] ἀκραν λεπτήν et deinde ἀκρας λεπτής, recte. — 38. αὐτὸν] εἰς αὐτόν.

P. 407, 1. Σινώπην] Σινώπην πόλιν. — 3. καλεῖται] λέγεται. — 8. πλησίον χωρίον] πλησιοχώρου. — Ib. ποτέ μὲν] ποτέ μὲν τὸ πρῖν. — 10. Ἀμαζόνας] Ἀμαζόνων. — 11. Δηλιέοντι] Δυιλ. — 12. Ἀθρώνδας γένει] ex Meinekii conj.; Ἀθρώντας γ. cod. Vat.; lege cum cod. Lond. Ἀθρων τῷ γένει, ut idem Meinekii conjecerat. — 13. Κῶς] Κῶς. — 17. Εὐαρχος] Εὐναρχος et sic in sqq. — 19. ὀρίζει τὴν] τὴν οἰμ. — 23. τὰ] οἰμ. — 27. πρῶτον] πρώτην, recte. — 29 sqq. Codex Lond. ita habet :

Ἀπὸ δὲ Καρουσῶν (Καρούσας Vat.) εἰς Γουρζουβάθην (Γουρζούθανον Vat.) στάδια ξ', μίλια η'.

Ἀπὸ δὲ Γουρζουβάθης εἰς Ζάγορα στάδια 4', μίλια ιβ'.

Ἀπὸ δὲ Ζαγῶρων χωρίου εἰς Κάλλιππον (sic) λεγόμενον στάδια ρν', μίλια κ'.

(Ἀπὸ δὲ Γουρζουβάθου εἰς Γάζουρον χωρίον ἧδη Καλίππου λεγόμενον στάδια ρν', μίλια κ' Vat.)

Ἀπὸ δὲ Ζαγῶρων εἰς Κάλικον (leg. Ζάλικον, Vat. Ζάληκον) ποταμὸν καὶ κώμην ἀλίμενον στάδια 4', μίλια ιβ'.

Ἀπὸ δὲ Ζαλίκου (Ζαλήκου Vat.) ποταμοῦ etc., ut in Vat.

In his uterque codex suis vitiis laborat. In Arriano a Carusa ad Zagora 150 stadia esse dicuntur, nullo memorato loco intermedio. Anonymus quum Gurzubathen a Carusis 60 stadia distantem interponat, a Gurzubathe ad Zagora stadia 90 computare debebat, ut recte fit in codice Lond., dum Vaticanus exhibet stadia 150, quem numerum auctor, interpositi loci inmemor, ex Arriano servavit. Error hic in alio codice ad marginem correctus esse videtur, indeque orta confusio illa, qua in cod. Lond. uterque numerus memoratur et inter Zagora et Calippos distinguitur. Cf. p. 409. 2. Nomen Γουρζουβάθου, quod Vat. habet, rectius in cod. Lond. scribi Γουρζουβάθη colligo ex forma nomini *Orgibate* in Geogr. Rav. Hodie locus vocatur : *Kior Siuwet*. Ζάγορα in Arriani cod. scribitur Ζάγορα, in cod. Marciani Ζάγορον, in Vat. Γάζουρον, ap. Ptolem. Γάλωρον, in Tab. Peut. *Zacoria*. Ζάλικος in cod. Lond. minus recte legitur; nam Ζάληκος præbet etiam cod. Marciani p. 571, 22, *Eleca* Tab. Peut. Apud Ptolemæum p. 327, 19 ed. Wilb. editur Ζάλισκος, sed ibi quoque optimus codex Vatican. 191 præbet Ζάλησκος. — 36. ὑπὸ τῆς ἐπικρατεῖα] ὑπὸ τὴν ἐπικράτειαν. — 40. ἔργα τριακόσια δὲ στάδια] ὄρια, τριακοσίοις σταδίοις. — 42. ἔξεισιν] ἐξίησι.

P. 408, 1. εἰς τὸν N.] εἰς N. — 2. λίμνη .. λίμνης] λιμὴν .. λιμένος. — 3. Εὐσένην] Εὐσένην .. Εὐσένης. — 4. Κωνωπέου] Κωνωπίου, ut Vat. — 7. στάδια ρξ', μίλια κα', ε' ς'] στ. ρξ', μιλ. κα' γ', recte. — 12. ἐστὶν εἰς Ἰσσικὸν] ἐστὶ κατὰ Ἰσσικόν. — 16. περὶ αὐτὸν] π. αὐτὴν. — 17. In Vaticano legitur : Ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων ἐκ τῆς Κιλικίας πεντεκαίδεκα ἢ χερσόνησος. Mutila hæc quomodo resarcire in periegesi iambica (v. 928-32) Meinekii tentaverit, vide in Geogr. min. 1, p. 235. Integriora præbet codex Lond., sed casu accidit, ut in margine libri in quo hæc notaveram, nonnulla bibliopægæ cultro perierint, quamquam quæ desunt facile supplentur. Ita habent : δ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν ... ἐκ τῆς Κιλικίας ὑπάρχειν ἡμερῶν ἰθεῖαν ὁδὸν ... τὸς (fuerit δ αὐτὸς) ἱστορεῖ ... ὦν εἰς Σινώ... τὴν προσωτέ ... λιν· κεκραμ ... ἀριστα τῆς ... ε σχεδὸν χά ... γένη τε κατ ... πεντεκαί ... ἢ χερσόνησος. Poeta igitur scripsit :

δ δ' Ἡρόδοτος (2, 34) ἔοικεν ἀγνοεῖν ἐμοί·

ἐκ τῆς Κιλικίας πένθ' ὑπάρχειν ἡμερῶν

ἰθεῖαν ὁδὸν οὗτος γὰρ ἱστορεῖ λέγων

DE CODICE LONDINIENSI.

xxj

εἰς [τὴν] Σινώπην τὴν προσωτέρω πόλιν.
 Κεκραμένη δ' ἄριστα τῆς πάσης σχεδὸν
 χώρας, γένη (τε) κατεῖχε πεντεκαίδεκα
 ἢ χερρόνησος.

20. Ἑλληνικὰ] Ἰωνικά. — 21. δὲ] om. — 23. πρὸς τούτοις ἄμα Κἄρες Μαρνανδουοί τε] πρὸς τοῖς ἀμάκαρες Μαρνανδουοί τε. — στάδια μ', μίλ. ε', ε' ε'] στ. μ', μίλ. ε', γ', recte. — 32. στάδια ρ', μίλ. ις'] στ. ρ', μίλ. ιγ', γ', recte. — 33. Ἰρεως] Ἰριος, quod praestat. — Ib. Ἡράκλειον] Ἡράκλειαν. — 35. Λαμυρῶν ὄρμος] om. — 36. ὑδροστόλος] ὕδωρ στόλω, recte. — Ib. Ἡρακλείου] Ἡρακλείας.

P. 409, 1. ἔχουσαι] ἔχων recte; ἔχοντες Vat., ἔχουσαι Hudson. || — 2. διαρρεῖ δὲ Θερμυδῶν ποταμὸς. ** εἰς Βῆριν ποταμὸν στάδια ε'.] διαρρεῖ δὲ ὁ Θ. ποταμὸς εἰς Βέρριν ποταμὸν. Ἀπὸ δὲ Θερμυδῶντος ποταμοῦ εἰς Βέρριν ποτ. στάδια ε'. In Vaticano post v. Θ. ποταμὸς exciderunt verba : ἀπὸ δὲ τοῦ Θερμυδῶντος ποταμοῦ. Locum sic correctum quidam ad marginem scripserat, eumque scriba codicis Lond. in verborum contextum recepit, non deleta vitiosa scriptura codicis Vaticani. Similiter egit p. 407, 23. — 5. Θεάριον] Θεάριν et deinde Θεάριος, recte. — 6. Οἶνιον] Οἶνιον τοῦ Πόντου. — 7. ἔφορμος] ὕφορμος, recte. — 8. Φυγαμῶντα] Φιγ., recte. — 9. στάδια μ', μίλ. ε', ε' ε'] στ. μ', μίλ. ε', γ', recte. Error in Vaticano saepius occurrens e confusis signis γ' (1/3) et γ^o (2/3) repetendus esse videtur. — 10. Ἀμηλητὸν] Ἀμυλίτον et mox Ἀμυλίτου. Locus aliunde non notus, nisi *Camile* Tabulae Peut. ad eum referenda est. — 11. Φαδισσάνην .. Φαδισάνης] Φιδασάνην .. Φαδίσσης. — 12. στάδια ρλ', μίλ. ιζ', ε' ε'] στ. ρλ', μίλ. ιζ', γ', recte. — 13. Πολεμάνιον λέγω] Π. λεγόμενον, quod praestat. — 14. στάδ. ν', μίλ. ε'] σταδ. ι', μίλ. α', γ', recte; nam sic Arrianus. — 15. ἕως πλησίον] ἕως πλαγίων, ut Vat. — 16. πρώτων] πρώην, quod malim. — 18. στάδ. ρλ', μίλ. ιζ', ε' γ'] στ. ρλ' μίλ. ιζ' γ', recte. — 20. Κιλίκων] Κιλίκου, sed lin. 19. Κιλίκων, ut Vat. — Ib. Γένητον] γένιπον et lin. 21 γένιπου. In Vat. γένηπον. — 21. στ. νε', μίλ. ζ', ε' ε'] στ. νε', μίλ. ζ', γ', recte. — 22. χωρίον] χώραν. — 23. σταδ. κ', μίλ. β', ε, ε'] om. — 24. Βοῶνος] Βούνου. — 25. Κοτύωρον] Κότυρον .. Κοτύρου, sed lin. 28 et 32 Κοτύρου. — 25. ὡς πώλεως Ξενοφῶν] ὁ Πυλάδης Ξενοφῶν. Fortasse genuina haec scriptura est, adeo ut Arrianus, Ξενοφῶν δ νέος, Xenophontem Pyladem suum dixerit. — 29. Τιβαρηνοί] Τιβαριανοί. — Ib. πάνυ γελάων σπεύδοντες] παῖζειν γελάων σπεύδοντες, recte, opinor, collato Ephoro, quem vide in not. ad Periegesin iamb. in G. Min. 1, p. 335, vs. 916. — 30. ταύτην] αὐτήν. — 32 et 34. Κοτύρου] Κοτύρου. — 33. Μελάνθιον] Μελάνθην. — 34. παραπλέοντι τὸν κόλπον] περιπλ. τ. κ. — 36. Τραπεζουσίαν] Τραπεζουσίαν, quod praestat. — 37. εἰς Φαρμαντὸν ποταμὸν στάδια ρν'] εἰς Φαρμαντὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Φαρμαντῖνον (Φαρμαντηνὸν Arrian.) στάδ. ρν'.

P. 410, 1. Φαρμαντοῦ] Φαρμαντίνου. — 2. ἦτοι] om. — Ib. τὴν λεγομένην Φαρνακίαν] τὸ λεγόμενον Φαρνακίον. — 4. καὶ αὕτη ἀποικος κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν καθ' ἣν etc.] καὶ αὕτη ἀπ. κτ. καὶ αὕτη καθὼς ἔρημος, ἥς ἀντικρυς παροικεῖ. — 6. Ἄρεως] Ἄρεος. — 8. Κοτύρου] Κοτύρου. — Ib. πρώτων] πρώην. — 9. ἔθεσιν ὡμοῖς ἔργοις βαρβαρικοῖς (cod. Vat.)] ἔθεσιν ὡμοῖς ἔργοις βαρβαρώτατοι. Ex his vocem βαρβ. de conjectura jani dederat Letronnius, qui in perieg. iamb. scripsit : ἔθεσι, νόμοις, ἔργοις [τε] βαρβαρώτατοι. Malim : ὡμοῖς ἔθεσιν ἔργοις τε β. — 12. [ἐν] πύργῳ [τε] συγκεκλεισμένον] ἐν π. συγκ. — 15. πάντα] πάντας. — παραβαίη] παραβαίνη. — 18. Ἀρητιάδα (Ἀρτιάδα Vat.)] Ἀριστιάδα et similiter lin. 20 et 38, ubi Vatic. quoque Ἀριστιάδος habet. — 20. Ἄρεως... Ἀρεώνησος] ἀρδοῦς (ut Vat.) ... ἀρεόνησος. — 24. Ἀργυρὰ] Ἀργύρια, recte, ut Arrian. — 26. Φιλοκάλειαν] Φιλοκαλίαν ... Φιλοκαλίαν. — 33. εἰς Ἑρμούσην καὶ δεῦρο ὄρμος] στάδια μ'. μίλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἑρμούσης] εἰς Ἑρμώνασαν χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὄρμος, στάδια με', μίλια ζ'. Ἀπὸ δὲ Ἑρμώνασης etc. In quibus recte habent Ἑρμώνασσα nomen et numerus stadiorum, quem eundem legimus in Arriano. Millium numerus esse debet ζ', ε' ε'. — 35. Δαφνοῦς] Δάφνας. — 38. τῆς Ἀρητιάδος etc.] τῆς Ἀρεστιάδος νήσου ἦτοι καὶ πάλαι Κερασσοῦντος πρώην ὄρμον.

P. 411, 2. Σουσάρμα ... Σουσαρμίων] Σουσάρμεναν ... Σουσαρμένης, quod praestat. Σουσοῦρμαιναν (hod. *Sourmeneh*) locum dicit Procopius B. Goth. p. 463, 21. V. not. ad Arrian. p. 371. — 6. Θιαννικῆς] Θιαννικῆς, ut Vat. — Ib. Ἀπὸ οὗν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστίν] In his lacuna patet, ut liquet ex cod. Lond., ubi : Ἀπὸ οὗν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ ἕως Τραπεζουσίαν πρώην ὄρμον ἔθνος

xxij

PROLEGOMENA.

Βέχειρες λεγόμενον, νῦν δὲ οἰκοῦσι Κόλχοι. Μέχρι οὖν τοῦ Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστίν. 10. Ψυχροῦ] τοῦ Ψ. — 11. εἰς Καλὸν ποταμὸν, τὸν νῦν λεγομένην Καλὴν παρεμβολήν] Ibi Καλὴ παρεμβολή in cod. Lond. Fuerit : ἐν τούτῳ ἢ νῦν λεγομένην Καλὴν παρεμβολή. — 12. Καλῆς] τῆς Κ. — Ib. εἰς τὸν Ῥίζιον λεγόμενόν ποτε (em. ποταμὸν) καὶ λιμένα] εἰς τὸ Ὀρίζιον ἦτοι Ῥίζιον καλούμενον ὁπότε καὶ λιμένα. Lege καλ. ποταμὸν aut καλ. ποτε ποταμὸν. — 14. Ῥιζίου] Ῥιζίου. — 15. Ἀδινῶν ἤδη] Ἀδιναίων ἦτοι. — 18. Ἀδινήου] Ἀδιναίου. — 18. εἰς Κόρδουλα χωρίον] εἰς Κορδύλλην χωρίον κείμενον. — 21. χωρίον.. λεγόμενον] χώρα.. λεγομένη. — 23. τούτου τοῦ χωρίου] τούτῳ τῷ χωρίῳ. — 26. σώζοιτο etc.] σώζοιτο δ' ἂν τοῦ βορρᾶ δρμουῖντα πλοῖα. — 30. Ἀπὸ δὲ Ἀθηνῶν εἰς Ζάγατιν ποταμὸν στάδια ζ'. Ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Πρύτανην] Ἀπὸ δὲ Ἀ. εἰς Ζαγγάλην ποτ. στάδια ζ', ε', μίλι. α'. Ἀπο δὲ Ζαγγάλου ποταμοῦ ἦτοι Ἀθηνῶν εἰς Πυρτάνην. — 32. βασιλεία ἐστίν. Ἀπὸ δὲ Πρυτάνου] omissa. — 34. Ἀρμένου] Ἀρμένης.

P. 412, 2. περιόικων] περιοικούντων. — 6. τῶν ταύρων] Hæc verba, in Vat. omissa, habet codex Lond. — Ib. δς .. διώκων ... φημίζεται] δν .. διώκοντα .. φημίζονται. — 9. εἰς Ὀφιοῦντα] ἕως Ὀφιοῦντος. — 10. πρῶτον] πρώην.

II. Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ. Geogr. Min. 2, p. 494-509.

In corruptelis longe plurimis codex Lond. cum ceteris codd. conspirat. Pauca quædam propria habet : pag. 495, 1. τοῦτον δὲ*] τοῦτον δὲ ποιεῖ recte. — 496, 18. ὀριζομένη τῷ Ἰστρω] ὄρ. καὶ αὐτῇ τῷ Ἰ. recte. — 498, 11 et 499, 18 et 15 ἢ articulus, quem supplevi, non omittitur. — 498, 22. πολλῆ] πόλις, ut cod. E, πολλὴ cett. codd. — 501, 31 καὶ τὸν Ἄθω] Ibi Ἄθως ὄρος manus recens in margine scripsit. — 506, 25 sq. χξζ' et deinde χίλιοι στάδιοι, μίλια δὲ ρλγ', in L omissa.

III. Ἀγαθημέρου γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Geogr. Min. 2, p. 471-487.

P. 471, 1. ἐτόλμησε] ἀπέτολμησε, recte, ut videtur. — 5. Λέσβιος] δ Λ., ut cod. G. — 6. πλείστα] a Gronovio additum, habet L. — 483, 7. Θένης] Sic de conjectura scripsi pro Θρήνης, Ἐθρήνης mærorum codicum. Legendum e cod. Lond. Θεήνης. Apud Ptolemæum oppidum vocatur Θεαῖνα, apud alios Θένη vel Θαίνη.

DE FRAGMENTO ARISTODEMI.

Fragmentum historicum de rebus Græcorum ex opere Aristodemi cujusdam avulsam esse præmissæ inscriptionis fide a viris doctis censetur. Haud caret ea sententia specie probabilitatis, licet dubitationi sit obnoxia. Quinam vero fuerit Aristodemus ille, si modo fuerit, certius dici nequit. Inter scriptores ejus nominis, quorum notitia ad nos pervenit, antiquissimus esse videtur Aristodemus, cujus Γέλοια ὑπομνήματα ab Athenæo passim laudantur. Hunc enim sub primis Ptolemæis vixisse. ex temporibus personarum, de quibus in fragmentis sermo est, collegeris. (*) Sequitur Aristodemus grammaticus, Aristarchi discipulus (schol. Pind. Nem. 7. 2), qui Alexandrinus vocatur in schol. Pind. Isthm. 1, 11. Idem hæud dubie ceteris quoque scholiorum Pindaricorum locis, quibus Aristodemi mentio fit, intelligendus est. Itaque quum quæ in schol. ad Olymp. 3, 22 traduntur, eadem apud Harpocratonem v. Ἐλλανοδίκαί ex Aristodemo Eleo afferantur, quem citavit etiam Eusebius in Chronicis p. 141 ed. Mai, Alexandrinum illum ex Elide oriundum fuisse jure censeas (**). Alius Aristarchi discipulus fuit Menecrates Nysænsis. Hujus vero filii fuerunt Sostriatus et Aristodemus ille rhetor et grammaticus, quem valde senem juvenis admodum Strabo Nysæ audivit, et quem deinde in Rhodo, postea vero Romæ scholas habuisse, ibique filios Pompeji docuisse ex Strabone (p. 650) novimus. Idem refert hujus Aristodemi ἀνεψιὸν fuisse alterum

(*) Cf. Fragm. list. tom. 3, p. 307, ubi vide etiam de aliis Aristodemis.

(**) In *Pauly's Realencyclopædie* tom. 1, p. 1607 ed. sec. hic Aristodemus Aristarchi discipulus absque causa componitur cum Aristodemo Nysænsi. Ibidem Aristodemus Eleus fortasse non diversus esse dicitur ab eo, quem laudat Tertullianus De an. c. 46. At qui ibi introducitur Aristodemus non est scriptor, sed vates ille et somniorum interpres qui apud Plutarch. Alex. c. 46 Aristander vocatur.

DE FRAGMENTO ARISTODEMI.

xxiij

Aristodemum Nysaensem grammaticum, quo ipse Pompejus Magnus præceptore usus sit. Alteruter eorum est Aristodemus Nysaensis quem in Eroticis suis (c. 8) laudat Augusti coævus Parthenius. Deinde nominandi sunt: Aristodemus Thebanus, *Θηβαϊκῶν* auctor, e scholiastis Apollonii, Theocriti, Euripidis et Homeri bene notus, Aristodemus *Συναγωγῆς μυθικῆς* scriptor, si fides habenda Pseudoplutarcho in Parall. min. c. 3, et Aristodemus qui *περὶ εὐρημάτων* scripsit, teste Clemente Alex. Strom. 1, p. 133. Ceterum hæc opera utrum recte an secus inter tres Aristodemos disper-tiamur, in medio relinquendum est. Haud magis constat quando vixerint auctores, attamen seculo post Christum secundo eos non fuisse posteriores ex ætate eorum, a quibus citantur, intelligitur. Ineunte seculo tertio floruit Aristodemus e Caria oriundus, pictor et operis de pictoribus pictorumque fautoribus auctor, cujus hospitio per quadriennium usus est Flavius Philostratus (*). Medio seculo quarto assignaverim Aristodemum, cujus Suidas meminit verbis: Ἀριστόδημος ἐπιτομὴν τῆς καθόλου Ἡρωδιανοῦ ἔγραψε πρὸς Δαναόν. Etenim, nisi conjectura fallit, Aristodemus ille et Danaus haud diversi fuerint ab iis quos Libanii temporibus in Syria scholas habuisse probabile est (**).

Ex his Aristodemis cum historico nostro componendus videri possit Aristodemus Nysaensis, quippe qui historias scripsisse perhibetur apud Parthenium in Erotic. c. 8, ubi proluxæ narrationi de Herippa Milesia, quam Gallus quidam captivam abduxerat, lemma præfigitur:

Ἱστορεῖ Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, πλὴν ὅτι τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει, ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Εὐθυμίαν (**), τὸν δὲ βάρβαρον Καυάραν.

Hæc tamen sic vix sunt integra. Nam nominibus personarum in opere isto historico traditis Parthenium mero suo arbitrio alia substituere haud credideris, sed consentaneum est ea ex alio fonte depromi, cujus mentio nunc desideratur. Idque tanto facilius concesseris, quum aliis locis quam plurimis (v. narrat. 1. 4. 6. 9. 11. 13. 14. 15. 22. 28. 33) duo simul singularum narrationum auctores a Parthenio laudentur. Aut igitur scriptum erat: Ἱστορεῖ [ὁ δεῖνα (an. Ἀριστόκριτος?)· γράφει δὲ καὶ] Ἀριστόδημος etc., aut: Ἱστορεῖ Ἀριστόδημος, [γράφει δὲ καὶ ὁ δεῖνα] ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, adeo ut non liqueat utrum Aristodemi historix an alius scriptoris fuerint. Alter ille fortassis Hegesippus vel Aristocritus fuit, quos de rebus Milesiis scripsisse ex ipso Parthenio novimus. Deinde vero quum ex verbis τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει colligatur non modo Milesiæ mulieris sed etiam Galli barbari nomina diversa tradita esse, lemma refingendum esse censeo in hanc sententiam: ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Εὐθυμίαν, τὸν δὲ βάρβαρον [οὐ] Καυάραν [λέγων, ἀλλὰ...]. Ut nunc quidem narrationis verba habent, Galli nomen omnino nullum legitur, at illo loco, ubi mentionem ejus exspectamus, Cauaræ nomen omitti propter proximarum literarum similitudinem facile potuit; scilicet in verbis: ἐνθα αὐτοῦ συνῆν ἡ γυνὴ ἀνδρὶ τῶν μάλιστα παρὰ Κελτοῖς δοξαζομένων scribendum fuerit γυνὴ [Καυάρη] ἀνδρὶ. Ceterum narrat Parthenius Xanthum Milesium, ut Herippam uxorem a Gallis Ioniam vastantibus (***) captivam abductam redimeret, corrasa pecunia in Celticam

(*) Flav. Philostratus De imag. in proœmio p. 339 ed. Didot: "Ὅσοι μὲν οὖν κράτος ἤρανο τῆς ἐπιστήμης (sc. τῆς ζωγραφικῆς) καὶ ὅσοι πόλεις καὶ ὅσοι βασιλεῖς ἐρωτῶν ἐς αὐτὴν ἐχρήσαντο, ἄλλοι: τ' εἴρηται καὶ Ἀριστοδήμῳ τῷ ἐκ Καρίας, ὃν ἐγὼ ἐπὶ ζωγραφίᾳ ξένον ἐποίησάμην ἐτῶν τεσσαράων· ἔγραψε δὲ κατὰ τὴν Εὐμήλου σοφίαν πολὺ τὸ ἐπιγράμμιον ἐς αὐτὴν φέρων. — Statuarii cujusdam Aristodemi meminit Plinius 34, §. 86 ed. Sillig. Alii quibus Aristodemi nomen fuisse constat, recensentur in Pauly's *Realencycl.* s. h. v. et in Papii et Benseleri Lexico nominum propriorum.

(**) Libanii epist. 888, ad Heraclianum præfectum p. 415 ed. Wolf: Θυτὸς ἐστὶ Δίφιλος ὁ Δαναοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ποιῶν, διδάσκων, ὡς ἐκεῖνος. Καὶ ἦν μὲν μοι βελτίω τοῦ πατρὸς εἰπεῖν, ἀρκεῖ δὲ μὴ γέρω. Τοῦ παλαιοῦ δὲ ποιητῆς εἰς τὰς τῶν νέων ψυχὰς εἰσάγων καὶ αὐτὸς ἐστὶ ποιητῆς ἀγαθός... Τιμῆσεις δὲ Δίφιλον οὐκ ἀμισθί, μέλλων γε αὐτὸν ἐξαιεῖν ἄδοντα τὴν σὴν ἀρχὴν... Ἴσθι δὲ ἐν τοῖς περὶ τούτων Παλαιστίνην εὐφρανῶν, ἐν ἣ ποιεῖται τὰς συνοουσίας, κἀκείνους οἱ, ἐφέστηκας, ἐν οἷς ἔρω· οὐδ' εἰ τις ἔρωτο τίνι μεγίστῳ φιλοτιμῶνται, Δαναὸν ἐροῦσι καὶ Δίφιλον. Idem epist. 1268, ad Alcinum, p. 596: Μόλις λαθὼν τὴν ἡμετέραν πόλιν (Antiochiam) Μητέριος διέδου· πολλοὺς γὰρ ἔγων τοὺς ἐρώντας, ὑπὲρ τοῦ Ἀριστοδήμου (τὸν Ἀριστόδημον edit.) ἐτηρέτο· ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῶν βουλομένων αὐτὸν ἐνθάδε εἶναι· καὶ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἦν ἐνθάδε... πάνυ γὰρ ἀχθοίμι εἰ τὰ ἄλλα ὧν Μητέριος ἀμειπτος, πονηρός εἶναι δοξεί, διότι Σύρους θαυμάσας ταύτων ἔσχε παρ' ἐκείνων. — Danaï nomen rarissimum est. Quare in Suidæ loco pro Δαναόν (Δανδον cod. E) fortassis Διογενειανὸν legendum esse Bernhardtus suspicabatur. In Benseleri lexico nom. propr. Danaus quidam Ephesius excitatur ex Mionneti *Descr. des med.* VI, 116.

(***) Pro Εὐθυμίαν, quod codices et editiones præbent, legendum esse Εὐθυμίαν recte censet Dindorfius in *Thes. gr.* s. v., ubi adde aliam Εὐθυμίαν Milesiam occurrere in Corp. Inscr. N. 708.

(****) Invasionem hanc commemorat Pausanias 10, 32, 4. Ioniam et Æolidem a Gallis Tolistobois occupatam esse

profectum ibique a Gallo Herippæ domino sueta hospitalitate exceptum esse; uxorem vero perfida delatione dominum adducere studuisse ut maritum occideret nec ipsam dimitteret; at tantum abfuisse ut ille facinosæ mulieri obtemperaret, ut supplicio justam ei sceleris pœnam infligeret. Cujusnam generis fuerit opus historiarum in quo illa legebatur, ex unico hoc specimine colligi nequit. Quodsi sumamus hæc petita esse e libro primo operis historici, quale Aristodemus noster scripsisse videtur, opinari sane possis auctorem (sicuti Diodorum libro quinto) Ephori exemplum secutum, libris historicis præmississe geographica et ethnographica quædam, in iisque quum de populorum moribus et institutis sermo fieret, etiam illud de Cauara Gallo narratum esse, quippe quo probaretur Gallos τοῖς ἡθεσι ἀπλοῦς εἶναι καὶ πολλὰ κεχωρισμένους τῆς τῶν νῦν ἀνθρώπων πονηρίας ut inter alia de Gallis verba faciens Diodorus (5, 22, 5) tradit. Et si quis objiciat tantam narrationis prolixitatem haud cadere in historiam compendiarium, respondere licet eam obtinere in superstitie fragmento inæquabilitatem ut res gravissimæ aut levi brachio tangantur aut silentio præmantur, multis autem verbis exponatur narratiuncula de Cleonice puella, quam Pausanias in cubiculo interfecerit. Verumtamen quominus ejusmodi suspicionibus locum demus, eo impedimur quod fragmentum Aristodemi, nulla virtute sed vitiis plurimis conspicuum, indole sua et colore auctorem prodit rerum historicarum adeo rudem, ut in eo Pompeji æqualem et ipsius Pompeji vel liberorum ejus magistrum nemo agnoverit nisi certissimis coactus argumentis. Quatenus igitur isequioris ævi hominem et ad scribendas historias non satis instructum res ipsa postulare videtur, probabilius aliquis conjecerit auctorem fragmenti, qui in codice Parisino cum Flavio Philostrato componitur, fortassis esse Aristodemum ejusdem Philostrati familiarem, qui de pictoribus scripsisse traditur, scribere vero etiam historiæ compendium potuerit, quemadmodum Durim Samium et Jubam regem tum περὶ ζωγράφων libros composuisse tum historias condidisse constat. Ego vero ad hoc potius attendi velim quod Suidas, quamvis eum Aristodemi epitome historica usum esse e compluribus locis colligas, nullam tamen s. v. Ἀριστόδημος ejus historici notitiam exhibuit. Id quum jure mireris, quæritur an epitome illa, quam Suidianus Aristodemus scripsisse dicitur, non fuerit τῆς καθόλου Ἡρωδιανοῦ, sed τῆς καθόλου ἱστορίας. De Aristodemi Epitome τῆς καθόλου seu καθολικῆς προσφῆδας Ἡρωδιανοῦ aliunde non constat. Quæ exstat ejus operis epitome (ed. M. Schmidt. Jenæ 1860), in optimo codice Theodosio grammatico, vulgo autem Arcadio attribuitur. Quodsi Ἡρωδιανοῦ nomen, quo notissimum grammatici opus introducitur, non a Suida sed a sciolo quodam profectum esse concesseris, Aristodemi epitome τῆς καθόλου sive τῆς καθολικῆς ἱστορίας eodem modo dicitur quo Nicolai Damasceni et Diodori Siculi opera tanquam ἱστορικὰ καθολικὰ commemorantur. Sin ulterius progredi conjectando velis, glossam Suidæ fortasse notissimo lacunarum genere mutilam esse et hunc in modum refingendam dixeris: Ἀριστόδημος ἐπιτομὴν τῆς καθόλου [ἱστορίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καθόλου] Ἡρακλειδῶν, ἔγραψε πρὸς Δαναόν, ad exemplum scilicet Ephori, qui, ὁ πρῶτος ἐπιβεβλημένος τὰ καθόλου γράφειν (Polyb. 6, 5, 33), a reditu Heraclidarum historiæ suæ sumpsit initium (Diod. 16, 76. 4, 1).

Igitur, ut paucis rem comprehendam, in hac de persona et ætate Aristodemi disquisitione quum disertorum testimoniorum præsidio destituamur et in conjecturarum probabilitate omnia reposita sint, tenuiora quædam indicia rimans in eam sententiam adduci possis, ut Aristodemum suspiceris Libanii coætaneum medio seculo quarto Antiochiæ scholas habuisse ibique in usum discipulorum historiæ compendium Danao Palæstino dedicatum elaborasse, quemadmodum in eadem Syria ineunte seculo sexto ἐπιτομὴν ἱστορικὴν aut novem aut viginti libris conscripsit Eustathius

tradit Livius. Tempus invasionis accuratius constitui nequit. Vid. Droysen. *Hellenism*. tom. 2, p. 277. Cum narratione de Herippæ scelere componenda est historia de tribus vel septem virginibus Milesiis, quæ in eadem, ut videtur, Gallorum invasione virtute sua inclaruerunt, quarumque laudes cecinit Anyte Mytilenæa in Anthol. VII, 492, epigrammate εἰς τὰς τρεῖς παρθένους τὰς Μιλησίας ὑπὸ τῶν Γαλατῶν βιασθείσας. Cf. Hieronymus Adv. Jovian. 1, p. 186: *Quis valeat silentio præferire septem Milesias virgines quæ Gallorum impetu omnia vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt*. Utraque narratio junctim narrari potuit in exemplis quibus illustrarentur scripta περὶ κακῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν, de quibus v. c. Philodenus Ciceronis æqualis quædam composuit.

DE FRAGMENTO ARISTODEMI.

XXV

Epiphaniensis (Fr. hist. 4, p. 138), cujus vestigia seculo septimo legit Joannes Antiochenus. Historiarum compendium a magistro quodam in usum scholarum editum in Aristodemi opere agnoscit etiam Arnoldus Schæfer in *Neue Jahrbücher für Philologie*, 1868, p. 81, ejusque auctorem quinto. fere seculo scripsisse videri ex interiore fragmenti superstitis ratione collegit Bücheler l. l. p. 93.

Restat ut de ipso videamus fragmento. De ambitu et divisione operis integri nihil inde liquet, nisi unum librorum orsum esse a rebus post bella Medica gestis. Narratorum pars major ex auctore Philippi Amyntæ f. coævo derivanda videtur, nonnulla e Thucydide assumta, pauca quædam aliis ex fontibus immixta. Ratio autem qua diversa hæc conglutinantur, interdum perinepta est et compilatorem arguit qui quadrata junxit rotundis. Sic quæ de terminis, quos transgredi Persis non liceret, apud varios scriptores varia legebantur, in unum conjunxit (c. 13, 2 p. 16), quamvis ea invicem se excluderent. Eidem rerum geographicarum ignorantiae attribuimus, quod de Parnethe monte Xerxes pugnam Salaminiam spectasse dicitur (c. 1, 2). Idem Aristodemus (c. 6, 4) de Athenis post prælium Plataense Themistoclis consilio munitis ita loquitur, ut tum temporis non modo murum urbanum, sed longos quoque muros et Phalericum structos esse censendum foret. Aperte totum hoc segmen quod est de Athenarum munimentis, aliunde arreptum interposuit nec sensit rei ineptiam. Præterea in rerum delectu et justa narrationis ponderatione haud recto judicio usus est, ex sequioris ævi ingenio narratiunculis quam jejunæ historiæ gravitati addictior. Res post prælium Plataense usque ad semina belli Peloponnesiaci gestæ (c. 11-15) narrantur versibus 240 ed. nostr.; eorumque pars tertia et amplius (c. 8-10) historiolis de Pausania et Themistocle absumitur, adeo ut reliqua τῆς πεντακονταετίας historia versibus 150 absolvetur ac res gravissimæ aut tribus verbis indicentur aut ne commemorentur quidem. Sic quæ in Thracia Athenienses gesserint et Thasi obsidio diuturna et bellum Messeniæ alto premuntur silentio. Quæ omissiones excusari nequeunt, nisi statuas narrationem Aristodemi non modo scribarum negligentia lacunis nonnullis laceram (ut c. 3, 2. 14, 2), sed etiam de industria breviam esse, quemadmodum breviam habemus Dionem et Malelam. Ac sane fieri potuit ut quæ ad Thasi et Methone obsidiones pertinerent, de consilio omitterentur, utpote de quibus in obsidionum syntagmate ex Aristodemo aut alio scriptore sermo institueretur. Ceterum novi nihil in fragmento nostro affertur præter nomen patris Cleonicæ (c. 8, 1) et commentum de disco cui nomina civitatum belli contra Persas gesti participum inscripta esse perhibentur (c. 9). Quæ præterea propria fragmentum habet vel habere videri possit, omnia in erroribus versantur. Nonnulla, quæ modo tetigi, stupori compilatoris debentur, plurima vero sic jam tradita accepisse Noster videtur. Ejusmodi sunt quæ de ponte leguntur (c. 1, 2) quo Salaminem continenti jungere ante pugnam rex Persarum voluisset; similia enim jam Ctesias tradiderat. Quod de Tolmide per mediterranea Peloponnesi exercitum ducente Aristodemus hariolatur (c. 15), jam jecerat Æschines (De f. leg. § 75). De ambitu muri urbani Athenarum (c. 5, 4) eodem modo jam statuerat auctor Diodori 13, 72 (*). Cimōnis quidem contra Themistoclem expeditionem (c. 11) ex antiquiore scriptore non novimus, haud tamen propterea commentum istud ab ipso Aristodemo profectum esse censeo. Ansam figmento dedit error chronologicus, quo Cimōnis expeditio et mors Themistoclis eidem anno assignabantur. Gemellæ vero temporum confusiones in fragmento adeo regnant, ut ex his potissimum Aristodemi narratio suum traxerit colorem. Sic Themistocles tesserarum judicio ejectus esse dicitur antequam commune Græcorum ærarium e Delo Athenas translatum esset; Tolmidis autem expeditio Peloponnesiaca narratur post pugnam ad Coroneam commissam, qua cecidisse Tolmidem constat; denique Samus eodem anno expugnata esse fertur, quo solverentur fœdera tricennalia. His et similibus sphalmatis verus rerum ordo et nexus per totum fragmentum mirum quantum turbantur, nec ullum ego novi auctorem qui in paucis pagellis tot errores coacervaverit,

(*) Narrationem Diodori l. l. de Agidis expeditione in majorem Atheniensium gloriam effictam esse ex iis quæ ap. Xenoph. Hell. 1, 1, 93 leguntur, recte, puto, censet C. A. Volquardson *Untersuchungen über die Quellen der gr. u. sicil. Geschichten bei Diodor. Buch. 11-16* (Kiel. p. 1868), p. 130.

et luculentioribus exemplis doceat quousque genuina historię traditio adulterari potuerit (*). Attamen si quid utilitatis ex Aristodemo in studia historica redundat, id in ipsa illa temporum confusione quęsiverim. Nam quum idem prorsus genus errorum chronologicorum in antiquiori Gręcorum historia apud ceteros quoque scriptores, qui e variis fontibus sua congesserunt, frequens admodum sit, ad communem eorum originem indagandam fragmento nostro egregie adjuvamus. Quapropter de his infra dicemus accuratius.

Quod fontes Aristodemi attinet, fundus narrationis nescio quibus rivulis derivandus videtur ex opere cujus auctor Philippi ævo historias scripsit fuco oratorio tinctas ac nimio Atheniensium studio passim corruptas. Philippi coætaneum locus prodit (c. 2, 2), quo Alexander rex tanquam πρόγονος Philippi introducitur. Atheniensium fautor narrat in pugna Salaminia Athenienses τὸς ἀριστεύσαντας fuisse (c. 2, 4), nec non ad Tanagram item Athenienses victores abiisse (c. 12, 1), porro Alexandrum, Mardonii legatum, contumeliis affectum ab Atheniensibus amandatum esse (c. 2, 2). Eidem vaniloquentię debentur quę de pace Calliæ leguntur in majorem Atheniensium gloriam ementita (c. 13, 2). Orator buccas inflans Xerxem in Psyttaleam insululam trajecisse dicit ἰκανὰς μυριάδας (400 erant milites), quas Aristides ibi confecerit (c. 2, 4), Persas vero per Macedoniam redeuntes interneciva strage deletos esse (c. 3, 1).

Alterum fontem, quo Aristodemus vel potius auctor, quem ille ob oculos habebat, usus est, Thucydidem fuisse patet. Ex eo ducta sunt cap. 11, 4 de bello Ægyptio et cap. 5 de Athenis Themistoclis consilio munitis et quę cap. 16-19 afferuntur de causis belli Peloponnesiaci. Ἡρξάντο δὲ αὐτοῦ (τοῦ πολέμου), Thucydides, 1, 23, 4 ait, Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι, λύσαντες τὰς τριακοντούτεϊς σπονδάς... Τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἠγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερόν λεγόμεναι αἰτίαι αἰδ' ἦσαν ἑκατέρων, ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδάς ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν. Narrat deinceps causas belli e rebus Epidamni et Potidęæ repetendas. Similiter Aristodemus primam belli causam ex rupto fœdere tricennali deducit; nam hoc narrato pergit (c. 16) : αἰτίαι δὲ καὶ πλείονες φέρονται περὶ τοῦ πολέμου. In sequentibus postquam de Epidamno et de Potidęæ dixerat, ultimo loco eam subjungit belli causam quam et ipse, sicut Thucydides, τὴν ἀληθεστάτην vocat. Simul vero his præmisit λαοδογματικὴν istam, cujus fingendę occasionem dederunt vox Alcibiadis et quę de Phidia et Pericle Aristophanes per ludum jocumque jecerat. Hanc solam tanquam belli originem Diodorus (12, 39) narrat, laudato Ephoro. Aristodemus eam ex ejusdem farinae historico adscivit, haud vero ex eodem Ephoro. Nam in Aristodemo (16, 4) Alcibiades Pericli adstat σκεπτομένῳ περὶ τῆς ἀποδόσεως ὑπὲρ τῆς ἐργεπιστασίας, de qua auctor dixerat c. 16, 1; secundum Ephorum vero (ap. Diod. 12, 38, 2) Pericles de reddendis rationibus sollicitus erat propterea quod partem pecuniarum, quę ex communi Gręcorum contributione coactę erant, in privatos usus expenderat. Pręterea versibus Aristophaneis alia recensio apud Diodorum, alia apud Aristodemum subest. Denique satis jam constat (***) Diodorum in historia bellorum Medicorum et τῆς πεντακονταετίας et belli Peloponnesiaci totum se Ephoro addixisse; dubitari igitur nequit, quin alium ducem secutus sit Aristodemus, quippe qui, quamvis passim cum Diodoro consentiat, in multis tamen et gravissimis rebus ab eo recedit. Porro si ea quę de Tolmide falsa in nostro fragmento (c. 15) leguntur, sic jam dixerat Æschines in or. de f. leg. § 75 (343 a. C.), vix crederis

(*) Hęc Curtium Wachsmuthium, virum rerum historicarum peritissimum, induxerunt, ut in fragmento nostro agnoscere sibi videretur fœtum Minoidę Minę, qui silvam historicam ex Herodoto, Thucydide, Demosthene, Æschine, Lycurgo, Diodoro, Plutarcho, scholiis in Thucydidem, Aristophanem et Hermogenem et lexicographis collectam, suis ipsius commentis auctam et variegatam, lacunis, corruptelis, interpositis Philostrati locis turbatam, insigni artificio manusque dexteritate in codicem Parisinum intulisset (V. *Rhein. Museum für Philol.* 1868 p. 303 sqq., p. 582 sqq.). Probavit hoc Hieckio in *Zeitschrift für Gymnasialwesen.* 1868, p. 721 sqq. Ego quid de his sentiam, significavi in *Göttinger gel. Anzeigen* 1869, p. 29. Fateor mihi quoque, quum primum an. 1864 κόρυζαν istam ἱστορικὴν obiter movissem, eam vix dignam visam esse quę in lucem protraheretur. Haud igitur miror simile quid accidisse Wachsmuthio, at mirarer virum doctissimum in ea opinione perseverantem.

(**) Vide diligentissimam disquisitionem Ch. Aug. Volquardseni l. l. p. 51 sqq.

DE FRAGMENTO ARISTODEMI.

xxvij

Aristodemum sua petiisse ex ipso Æschine qui ἐν παρόδῳ hæc tribus verbis commemoravit, sed verisimilius est oratorem historica illa ex eodem fonte novisse ex quo in Aristodemum defluerunt. Quo concesso, hinc quoque sequeretur fontem hunc non fuisse Ephori historias, quæ usque ad an. 341 pertinebant necdum ad finem perductæ erant quo anno Alexander in Asiam trajecit (*).

Aristodemi opus inter compendia fuisse ex quibus recentioris ævi scholiastæ et lexicographi notitias historicas, non nominato auctore, delibaverint, ex Suida et scholiasta ad Hermogenem colligitur. Quorum hic locum satis amplum ex Nostro (c. 14-15) mutuatus est in schol. ad Hermog. Εὐρέσεις ap. Walz in rhet. gr. tom. 5, p. 388, ubi hæc (**):

Αἱ τριακοντούτειες σπονδαὶ αὖται. Μετὰ τὰ Μηδικὰ ἤδη Ξέρξου ἀποθαρέντος, καὶ Ἀρταξέρξου ἐπιθεμένου τοῦ υἱοῦ αὐθις τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνικοῖς πράγμασι καὶ διαφόρως ἀποκρουσθέντος τῆς ἐλπίδος, εἶτα σπονδῶν Ἑλλήσι γενομένων καὶ βαρβάρους, αἷς ὄρια ἐπεπήγασαν Κυάνας πέτραι καὶ ποταμοὶ Νέσσοι καὶ Φάσηλις, πόλις Παμφυλίας, καὶ Χελιδονεαὶ ἀκρωτήριον (cf. Arist. c. 13, 2), ἐγένετο Ἑλλήσι διαφορὰ πρὸς ἀλλήλους ἐξ αἰτίας τοιαύτης·

« Λακεδαιμόνιοι ἀφελόμενοι Φωκέων τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν παρέδωσαν Λοκροῖς· εἶτα πάλιν Λοκροὺς ἀφελόμενοι (καὶ ἀφελόμενοι αὐτοὺς cod. Aristod. c. 14) παρέσχον Φωκεῦσιν. ὑποστρεφόντων [δὲ] Ἀθηναίων ἀπὸ τῶν πρὸς Ἀρταξέρξην σπονδῶν (ἀπὸ τῆς μάχης Arist.), στρατηγούντος αὐτοῖς Τολμίδου, καὶ γενομένων κατὰ Κορώνειαν, ἐπιθέμενοι αὐτοῖς ἄφνω Βοιωτοὶ οὓσιν ἀπαρασκευοῖς ἐτρέψαντο αὐτοὺς καὶ τινὰς ἐξ αὐτῶν καὶ (voc. καὶ om. Ar.) ἐζώργησαν· οὐστinas, ἀπαιτούντων Ἀθηναίων, οὐ πρότερον ἀπέδωσαν ἢ τὴν Βοιωτίαν ἀπολαθεῖν. Καὶ μετὰ ταῦτα εὐθὺς Ἀθηναῖοι περιπεύσαντες τὴν Πελοπόννησον Γύθιον (Θύγιον cod. Ar.) εἶλον, καὶ Τολμίδης χιλίους ἔχων Ἀθηναίων ἐπιλέκτους διῆλθε τὴν Πελοπόννησον. Καὶ πάλιν Εὐβοίαν ἀποστᾶσαν εἶλον Ἀθηναῖοι. Καὶ ἐπὶ τούτοις (Ἐν δὲ τούτῳ cod. Ar.) Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις σπονδαὶ τριακοντούτειες ἐγένοντο, ἃς τεσσαρεσκαίδεκάτῳ ἔτει ἔλυσαν Ἀθηναῖοι, Σάμον πολιορκία ἐλόντες, Περικλέους καὶ Σοφοκλέους στρατηγούντων, καὶ ὁ Πελοποννησιακὸς πόλεμος ἤρξατο. »

Ultima in nostro Aristodemi codice aliter efformata ita habent :... ἐγένοντο· τῷ τεσσαρεσκαίδεκάτῳ δὲ ἔτει Ἀθηναῖοι Σάμον πολιορκήσαντες εἶλον στρατηγούντος (...ούντων?) Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους (leg. Σοφοκλ.)· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει (οὕτω) λύονται αἱ τῶν λ' ἐτῶν σπονδαὶ, καὶ ὁ Πελοπόννησος ἐνίσταται. Ceterum vides codicem, quo scholiasta usus est, nonnullis locis nostro Parisiensi integriore fuisse, sed jam laborasse eadem lacuna quam noster habet ante verba ὑποστρεφόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων. Quod non perspicuus scholiasta putansque verba ista referenda esse ad ea quæ in mutilo codice nunc proxime antecedunt de pactis cum Artaxerxe initis, verba ἀπὸ τῆς μάχης mutavit in ἀπὸ τῶν σπονδῶν, ut bene monuit Bücheler in *Neue Jahrb.* l. l. Idem vir doctus probabiliter admodum censet ex eodem Aristodemo scholiastam mutuatum esse quæ antecedunt p. 387 de piculo·Cylone :

Τὸ Κυλώνειον ἄγος. Κύλων εἷς ἦν τῶν ἐνδόξων Ἀθηναίων, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης. Ἐπιθυμήσας τυραννῆσαι τῶν Ἀθηναίων παρεγένετο ἐπὶ θεοῦ χρηστήριον καὶ ἐπιρῶτα· τοῦ δὲ θεοῦ ἐπιχρήσαντος ἐν τῇ μεγάλῃ ἑορτῇ (ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ Thuc. 1, 126, 4) ἐπιθέσθαι τῇ τυραννίδι, ἀγομένων τῶν Ὀλυμπίων, δόξας ταύτην εἶναι τὴν μεγάλην ἑορτὴν, ἐπέθετο καὶ κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν τῶν Ἀθηναίων. Περικλῆς [δὲ] (Μεγακλῆς sec. Plut. Sol. 12) ἔχων σὺν ἑαυτῷ τοὺς συμπράττοντας ἐπανάτη· ὁ δὲ Κύλων δει-

(*) Hoc liquet e Clement. Strom. I, p. 403. V. Fr. Hist. I, p. LIX. Ephori librum vicesimum, quo narrabantur quæ libro XV Diodorus habet, anno 336 scriptum esse, ex Diodoro (15, 60, 4) colligo. Scilicet Cleomenem II. regem Lacedæmoniorum, regnasse constat an. 370-309 a. C., ut recte etiam Diodorus statuit 20, 29, ubi : ἐπ' ἀρχοντος Δημητρίου (309) Κλειομένης ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη 5' καὶ μῆνας δέκα. Contra vero lib. 15, 60, 4, Ol. 102, 3, 370 a. C. Diodorus narrat miro casu accidisse ut eodem hoc anno tres principes diem obiissent, Amyntas Macedo, Jason Pheræus tyrannus et Agesipolis rex Lacedæmoniorum, cuius frater et successor Cleomenes II ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ τέτταρα (370-337). Mira discrepantia ex eo explicanda esse mihi videtur quod hæc ex Ephoro (cujus expressa mentio in hoc capite, § 5, injicitur) negligenter excerpta sunt. Nimirum Ephorus, qui historias suas non nisi ad an. 341 deduxit, de toto Cleomenis regno monere non potuit, sed eam ejus partem commemoravit quæ usque ad annum quo ista scripsit, pertinebat. Igitur libro XX res anni 370 scripsit anno 336 (370-34). Res inter Medicam et bellum Pelop. interjectas narravit libro XIII.

(**) Scholion mihi annotationem in fr. Arist. scribenti non innotuit ; acceptum refero Büchelero, qui de his dixit in *Neue Jahrb. f. Philol.* 1868, p. 170, quo tempore nostra dudum typis expressa erant.